et viris iabes/ qui laborauerant ad ſepeliēdū ſaul dicēs: Bn̄dicti vos a dn̄o q̄ feciſtꝭ miſericordiā hanc cū dn̄o veſtro ſaul ⁊ ſepeliſtꝭ eū. ij. Re. ij. Helyas aſcenſurꝰ in paradiſum/ bn̄ remunerauit helyſeum qui ſeruierat ei. iiij. Re. ij. Gratus debet hō eſſe illis a q̄bꝫ recepit dona vel bona: quibꝫ ſemꝑ obligatꝰ eſt ſi nō retribuit. Ideo laban vidēs dotalia q̄ ſeruus abrae dederat rebecce ſorori ſue/ dixit ei: Ingredere bn̄dicte dn̄i / cur foris ſtas: ⁊ ꝑparauit ei ꝯuiuiū. Gen̄. xxiiij. Quia regina ſaba multa dederat ſalomoni: retribuit ei ſalomon oīa q̄ volebat ⁊ petijt ſicut gratus iij. Reg. x. Helias ꝑpter bn̄ficia recepta a vidua ſarepta na colligēte ligna: q̄ dedit ei panē/ multiplicauit farinā et oleū: ⁊ eius filiū a morte ſuſcitauit. iij. Re. xvij. Heliſeꝰ bene remunerauit mulierē ſunamitē apd quā habitare cōſueuerat īpetrās ei filiū ⁊ mortuū ſuſcitās. iiij. Re. iiij. Plene recognoſcebat Paulꝰ collata beneficia dicēs: Sicut angelū dei recepiſtꝭ me. Gal. iiij. Grati debent eſſe hoīes multū inſtructoribꝫ ⁊ doctoribus. Quia vt cōmētator ait: Patribus ⁊ doctoribꝫ nō poſſumus reddere equalēs / nec poſſumꝰ eſſe nimis grati. ſic pharao multū fuit gratus ioſeph qui eū viſionē ⁊ interp̄tationē docuit/ ⁊ ī agēdis cōſuluit: quē pharao magnifice ſublimauit. Gen̄. xli. Nabuchodonoſor et balthaſar bn̄ retribuerūt danieli ꝑ eruditione ⁊ interpretatione viſionum ⁊ ſomniorum. Dan̄. ij. ⁊. v. Gratus debet eſſe homo amicis ⁊ heredibꝫ eorum Ideo qꝛ cyneus amicus fuerat ⁊ bn̄ ſe habuerat de filijs iſrl' pepercerat ei ſaul. i. Re. xv. Dixit dauid ad abiathar cuius pater fuerat mortuus ꝑ eo / mane mecū/ q̄ queſierit aiam tuā/ q̄ret ⁊ meā. i. Reg. xxij. Retribuit dauid gratiaꝫ miſiboſeth ꝑ gratia ⁊ amicitia patris ſui. ij. Reg. ix.

## ¶ De gula ⁊ ebrietate. Cap. lvi.

Gule vitium ſolet.
Inducere tentationes.
Ventrꝭ adducere pollutōes.
Mentis inducere cecatiōes
Iuris deducere ſubuerſiōes
Cordis perducere duratiōes
Necis deducere occiſiones.

Gule vitiū

in tentatiōe obtinet primum locum. Nam q2 comedere et bibere ſunt de neceſſitate nature: diabolus ibi laqueū tentationis abſcōdit/ vbi neceſſitatē eſſe oſtendit. Sic enim primo de vitio gule/ primum hoīem in paradiſo tentauit: imo z vicit. Gene. iij. Prima tētatio filiorū iſrl' fuit de potu: ſcda de cibo. Exod. xvi. z xvij. Volēs diabolus ſaluatorē experiri/ prius ipſum de gula q̄ȝ de alio vitio tentare preſumpſit. Matt. iiij. Gule vitiū incēdit z luxuriā nutrit q2 venter z genitalia ſunt ꝑpinqua. Jō vēter mero eſtuans de facili ſpumat in libidinē: ait Hieroni. Hinc eſt ꝙ loth q̄ in ſodomis bonꝰ fuit/ inebriatus / cū ꝓprijs filiabꝫ peccauit/ z duplicē inceſtum cōmiſit. Geñ. xix. In cuiꝰ figura dictū eſt: ꝙ ſpūs imundus. i. luxuria / habitat in ſepulchris/ ideſt in hominibus guloſis. Juxta illud Pſal. Sepulchꝝ patēs eſt guttur eoꝝ. Et demones petierūt in porcos intrare. i. tētatōes luxurie in guloſos. Luce. viij. Mar. v. Gule vitiū hominē infatuat z dementat: ita vt ſe ipſuȝ/ z quicq̄d facere debeat nō cognoſcat. Nā noe q̄ erat vir ꝑfectus: inebriatꝰ ſic demētatus eſt vt poſtpoſita oī verecūdia denudatꝰ iaceret. Geñ. ix. Satis ſtultus z demens factus eſt eſau qui propter lentis eduliū vēdidit primogenita fratri ſuo. vt habeť Gene. xxv. In queſtione triū ſapientum in fortitudine dixit vnus. Vinū ꝑualet omnibus qui bibunt illud: ſeducit mentem/ z mutat ſapientē in ſtultū. iij. Eſdre. iij. In eſaia dicitur. Abſorpti ſūt a vino ſcȝ propter ebrietatē: vt diciť Eſa. xxviij. Gule vitiū deordinat hominē in omnibꝫ/ ſcȝ in ludis: in verbis/ ſeu actibꝫ et in omnibus operibus malis. Ideo ſedit populus manducare z bibere z ſurrexerūt ludere. Exod. xxxij. In epulis homines fiunt loquatiores et inordinate audatiores Ideo Sichimite inter epulas z pocula maledicebāt abimelech. Judi. ix. De inordinato populo diciť: Comederūt et ſaturati et impinguati ſunt z ꝓuocauerunt te ad iracundiā. ſ. ꝓpter inordinationes ſuas. Nee. ix. De inordinatiōe guloſoꝝ dr̄: Vocauit dn̄s deꝰ exercitū i die illa ad fletū z ad planctū ad caluitiū et ad cingulum ſacci. Et ecce

gaudiū ꝛ leticiā occidere vitulos/iugulare arietes/bibere vinū/ꝛ comedere carnes. Comedamꝰ ꝛ bibamꝰ/cras eñ moriemur. Eſa.xxij. Propter inordinatões filioꝝ ſuorū in comeſſationibꝫ ꝛ in epulis/ offerebat quotidie ſctūs Job holocauſta. Job.i.cap. Propter iordinata verba in epulis dicta diues epulo cruciabať i lingua. Lu.xvi. Gule vitiū et ſi deteſtabile eſt in oibꝫ hoibꝫ: in clericis tñ ꝛ religioſis eſt magis deteſtādū. ideo dixit dñs ad aaron: Vinū ꝛ oīe qđ inebriat non bibetis tu ꝛ filij tui qñ intrabitis tabernaculū. Leuitici.x. Itē dicit de religioſis ꝛ clericis/vt a vino ꝛ ab oīni qđ inebriari poteſt abſtineant. Acetū ex vino / ꝛ ex qualibet alia potione/ ꝛ q̄cq̄d de vite exprimiť nō bibāt. Nu.vi. Filij hely ſacerdotis q̄ in tabernaculo ſeruiebāt /nolebāt accipere carnes coctas ī ſacrificijs ſed crudas/vt latius ſue cupiditati prepararēt. i.Re.ij. Joānes baptiſta q̄ primꝰ fuit colens heremū religioſam vitā inchoans/bibebat aquā/ꝛ cibus eius erant locuſte/ ꝛ mel ſilueſtre. Math.iij. Religioſi et clerici / qui habent circa diuina obſequia ſedule deſeruire / non nimium guloſitati deſeruiāt/ ne ꝛ ipſis vt chrī diſcipulis cōtingat/quoꝝ pꝰ cenā oculi ſic erant grauati a ſomno/ vt nō poſſent cū dño vna hora i orone ſolūmodo vigilare. Mat.xxvi. Gule vitiū multoties cauſa vel occaſio eſt mortis. Nā iuxta ſapiētis ſnīam: Per crapulā multi perierūt. Vñ philiſteis epulantibꝫ ꝛ letantibꝫ/domꝰ cecidit ſup eos. Jud.xvi. Amon in ꝯuiuio temulentus fuit ab abſalone/ꝛ a ſuis eiꝰ occiſus ij.Reg.xiij. Comedit Jonathas modicū mellis ꝯtra precептū pris: ꝛ fuit ꝯdēnatꝰ ad mortē: ſed pplus ipm liberauit. i.Reg.xiiij. Benadab rex ſyrie/cū factꝰ fuiſſet temulētꝰ p principū puinciaꝝ pueros ad mortē fugatꝰ eſt. iij.Re.xx Filijs iob veſcētibꝫ ꝛ bibētibus vinū: domꝰ cecidit ſuper eos / ꝛ oppreſſit eos. Job.i. Propter ebrietatē Holofernis iudith habuit oportunitatē ad eū occidendū. Ju.xij. Reuerſus aman a ꝯuiuio letus/ꝛ ſtatim fuit cū duabꝫ filiabus et decē filijs ſuſpēſus. Heſt.ix. Fecit ptolomeꝰ ꝯuiuiū ſymoni ꝛ eū cū duobꝫ filijs iterfecit. i.Mac.vlti. In

ꝯuiuio natalis herodis regꝭ/ fuit īnocēs ſctūs ioānes baptiſta ꝑpter veritatē miſerrime decollatus. vt hꝛ. Mar. vi. Mat. xiiij.

¶ De homicidio ꝛ occiſiōe. Cap. lvij.

Homicidia cōmittuntur.
Ab inuidentium iniquitate.
A defendentium nobilitate.
A ſuperbientiū ſublimitate.
A laſciuientiū carnalitate.
A decipientiū ſeueritate.
Ex retinentiū equitate.
Ex delinquentiū ꝑtenſitate.

b Omicidiū ꝓcedit aliqñ ex īuidia/ qꝛ videt aliqͣs illū cui īuidet ꝓſperari/ occidit eū ne ꝓſperet ampliꝰ. Sicut cayn motus īuidia fratrē ſuū occidit. Gene. iiij. Tāta erat affectio ſaul ad occidendū dauid ꝓpter inuidiā quā habebat ad eū/ ꝙ ipm nō valēs occidere/ occidit abymelech: qꝛ ꝯforta uerat dauid/ ꝛ occidit ſilr alios ſacerdotes cū mulieribꝫ ꝛ paruulis eorundē. i. Re. xxij. Judei occiderūt ſaluatorem ſolū moti inuidia. Sciebat eñ pylatus ꝙ ꝑpter inuidiaꝫ tradidiſſent eū. Matt. xxvij. Homicidiuꝫ fit aliqñ ꝑpter defenſionē ſuā vel aliorū: ſic moyſes occidit egyptiū calūniantē hebreū/ vt defenderet fratrē ſuū. Exo. ij. Aliqñ occidit hō aliquē ꝑpter defenſionē patrie vel gētis ſue. Sic dauid occidit goliā ꝑpter defenſionē ppli ſui iſrl/ cui ille plurimū īſultabat. i. Re. xvij. occidit abner aſabel ꝑſequētem ſe ad occidendū: nec volentē a ꝑſecutiōe deſiſtere. ij. Reg. ij. Homicidia aliqñ cōmittunt ꝑpter ſupbiā ꝛ ambitionē dominij. Sic abimelech occidit ſeptuaginta fratres ſuos: vt ipſe ſolꝰ dominiū obtineret. Jud. ix. Zābri occidit elam dñm ſuū temulentū/ vt regnaret poſt eū. iij. Reg. xvi. Athalia tāta libidine exarſit dñandi/ ꝙ oē ſemē regiū interfecit. iiij. Regū. xi. Sellus ꝯiurauit ꝯtra zachariā dñm ſuū/ ꝛ interfecit eum vt regnaret pꝰ eū. iij. Re. xv. Ptolomeꝰ occidi fecit alexādrū regē/ vt regnū qđ deſiderauerat poſſideret. i. Mach. xi. Homicidia fiūt ſepe propter luxuriā/ ꝑpter quā cauſam tam in ſacra ſcriptura ꝙ̄ in antiquorū geſtis multi leguntꝛ occiſi. Nam ꝑpter luxuriā ſichē deflorās dynam filiā iacob: ipſe cū patre ꝛ pplo

ab ipſis dine fratrib⁊ eſt occiſus. Geñ.xxxiiij. Occaſione vxoris leuite icredibili vexata luxuria/occiſa eſt maxima multitudo. Judic.xx. Dauid vt liberius cū berſabee vacaret libidini: fidelē militē occidi fecit.ij. Reg.xi. Amon propter luxuriā quaz exercuit in thamar/ab abſolone in cōuiuio eſt occiſus. ij. Regū.xiij. Adonias q̄ꝛ abiſac ſunamitē in vxorē petijt/ fuit ſalomōis ſnīa occiſus.iij. Re.ij. Homicidia multa exercēt ꝓditores ⁊ ꝓditorie. Sic Joab miſſis nūcijs vt abner rediret pacifice ad dauid/cū loquereṫ ei/ ꝑcuſſit i inguīe ⁊ occidit eū. ij. Re.iij. Itē ioab tenēs mētum amaſe ſalutans eū/ ⁊ q̄ſi deſiderās eū oſculari/ꝑcuſſit eū in latere ꝓditorie et occidit.ij. Re. xx. Occidit triphō Jonathan/⁊ duos filios eiꝰ/ cū tn̄ recepiſſet ꝓ liberatione eius duos filios obſides: et triginta talenta argentea a ſymone fratre ſuo.i. Macha. xiij. Interfectus eſt naboth iſrae ita ꝓpter vineā ſuam ordinate iezabel.iij. Reg.xxvij. Ptolomeꝰ fecit ꝯuiuiū ſimoni ſacerdoti/ ⁊ duobus filijs eius/quaſi volēs eos honorare: in q̄ cōuiuio eos ꝓditorie interfecit. i. Mach. vltimo. Homicidiū fit aliquando iuſte: cum occiduntur hoīes ex iuſticia: eorum exigentib⁊ culpis. Nam quia zebee ⁊ ſalmana occiderūt fratrem gedeonis/iuſte ⁊ rationabiliter ſūt ab eo occiſi. Quia oīs qui acceperit gladiū gladio ꝑibit. Judi. viij. Mat.xxvi. Juſte fecit dauid occidi adoleſcentem: q̄ꝛ ſaul dn̄m ſuū dixerat occidiſſe. ij. Re.i. Quia ioab occiderat duos viros ꝓditioſe/abner ⁊ amaſan/ ipm iuſtiſſimus ſalomon mādauit occidi.iij. Re.ij. Duo ſenes peſſimi q̄ ſuſannā ꝯdēnauerunt in mortē/iuſſi fuerūt a populo lapidari. Daniel.xiij. Anania ⁊ zaphira dn̄o mentientes/dei ⁊ petri ſentētia ſūt occiſi. Act.v. Homicidiū valde deo diſplicet inter oīa vitia ipſum legiṫ grauiter puniuiſſe. Nā homicidiū cayn puniuit acerbe: et tamen adhuc non erat prohibitū lege ſcripta. Geñ.iiij. vt oſtēderet ꝙ ipſe homicidiū abhorreret ⁊ homo etiā abhorrere debet ſub figure velamine/ carnem cū ſanguine prohibuit comedi. Leuiti. ix. Homicida in anima debet reputari mortuus et occiſus. Jō dicebat

Rebecca timēs ne Eſau occideret Jacob/ cur orbabor vtroqꝫ filio vno die / ſcilicet vno in anima: alio in corpore. Gene.xxvij. Tantū offenditur deus innoxiū ſanguinem effundendo: ꝙ ſeruitia illorū deo diſplicent/ ⁊ ꝙ noluit ꝙ Dauid qui ſanguinem innoxiū effuderat: ſed Salomon ei templū edificaret: quod et fecit. iij. Regum. vij. Quia Joas fecit Zachariaꝫ iniuſte occidi: grauiter fuit punitus a dn̄o: quia diuina permiſſione eſt occiſus: nec in ſepulchro regio eſt ſepult⁹ ij. Paral. xxiiij. Unde dicit quidaꝫ ſanctiſſimus doctor/ hortans ⁊ ammonēs quemlibet homicidam vt peniteat dicens: O homicida quid feciſti: ſi totum orbem terre cōbuſſiſſes/ celum deſtruxiſſes/ paradiſum ſpoliaſſes: deum nō in tm̄ turbaſſes/ q̄ꝫ ꝙ fudiſti ſanguinē pro quo dn̄s noſter Jeſus chriſtus ſuū ſanguinem roſeum effudit. Interemiſti em̄ hominēꝫ quem deus viuificauit/ conuertere ergo ⁊ age penitentiā: et erit tibi gratia a deo.

## De honore parentum. Cap. lviij.

Honorare debem⁹ parētes.
Eis loquendo cū reuerētia.
Eis parendo cū obedientia.
Curā gerendo in indigentia
Non efficiendo triſtes ex diſplicentia.
Fructū q̄rēdo ex cōplacētia
Penā timēdo de negligētia.

b Honorare debet homo parenteseis exhibendo reuerentiā loquendo/ ⁊ reuerenter aſſurgendo/ reuerēter tractando/ ⁊ verba hominib⁹ de eis honorabilia referendo. Sic ſalomon aſſurrexit matri ſue Berſabee/ ipſam honorando/ ⁊ eā iuxta ſe ſedere fecit/ ⁊ blande eaꝫ alloquebať. iij. Reg. ij. Thobias iuſtus/ inter alia que dedit filio d
cumenta fuit: H
bis matri tue. T
pellens Jeſu
dentes ⁊
lite fac
dom
Uo
ꝙ
c

pater debebat honorari. Jo
han.v. Honorare debet hõ
patrẽ ⁊ matrẽ in ꝑceptis: in/
ſup ⁊ in oĩbus obſequẽdo: qꝛ
nõ obdiẽtes parẽtibꝫ malã in
currẽt ſententiã. Ideo filij he
ly/ qꝛ nõ obedierunt patri/ vt
deſiſterẽt a malis: diuinã ſen/
tentiã grauiſſime incurrerũt.
j. Reg. ij. Ecõtrario rechabi
te licet eorũ pater res diffici/
les mãdaret/ videlicet nõ bi/
bere vinũ / nec edificare do/
mus in ſempiternũ ei obedie
rũt. Hiere. xxxv. Jonathas
qꝛ nõ obediuit ꝑcepto patrꝭ
ſed ꝯtra eius mandatũ modi
cũ mellis comedit/ mortꝭ ſen
tentiã incurrit. i. Regũ. xiiij.
Puer Jeſus aſcendẽs in na/
zareth cũ parentibꝫ/ erat ſub/
ditꝰ illis. Lu: ij. Obedire de/
[illegible] rẽtibꝫ ſcita eoꝝ vo
[illegible] o ꝙ verbis nõ ex
[illegible] Jeſus ſciẽs ꝙ de
[illegible] rat / facere
[illegible] nuptijs
[illegible] Nam
[illegible] õ ha/
[illegible] be/
[illegible] ta
[illegible] n

ligentiꝰ cõmendauit. i. Reg.
xxij. Thobias ſenior dixit fi
lio ſuo. Cũ accepit deꝰ aĩam
meã: corpus meũ ſepeli cum
honore/ ⁊ honorem habebis
matri tue/ oĩbꝫ diebꝫ vite tue
Tho. iiij. Pẽdẽs chꝛs ĩ cru/
ce matrẽ ſuã dilecto diſciplo
cõmendauit. Ex quo patet/
quantã ſollicitudinẽ de ipſa
gerebat/ qui de ea in tali arti/
culo cogitabat. Joã. xix. No
ta hic exẽplũ qđ di. ſctũs au
gu. de quadã filia q̃ nutriuit
matrẽ in carcere / prebens ei
ſingulis diebꝫ vbera eiꝰ: pro/
pter quã charitatẽ rex matrẽ
vinculatã liberauit. Hoc in
de ciui. dei. Honorare debe/
mus parẽtes in nullo eos cõ
triſtãdo. Nec eos in quantũ
poſſumus ꝯtriſtari ſinendo.
Nã licet Eſau eſſet malus/ et
fratrẽ ſuũ vellet occidere: nõ
tñ volebat hoc ꝑpetrare viuẽ
te patre/ ne ꝯtriſtaret eũ/ ſꝫ di.
Uenient dies luctꝰ pr̃is mei/
⁊ interficiã eũ. Gen. xxvij. Ti
mens iudas ꝯtriſtationẽ pa/
tris ꝑ beniamin ad magnam
penã ſe obtulit: cũ di. Si nõ
reduxero eũ tibi / ero pcti reꝰ
in te om̃i tpe. Gen. xliij. Ui/
dẽs iacob ꝙ iudas nõ patie
batur eũ triſtari acq̃euit ṽbis
eiꝰ: qui nõ acq̃euerat verbis

Ruben dicētis: duos filios meos occide/ ſi nō reducā eū tibi. Gen̄.xlij. Judas cū ſupplicaret ioſeph/ ꝙ remitteret beniamin ait: Nō poſſuꝫ redire ad patrē meum abſente puero: ne calamitatis q̄ oppreſſura eſt patrē meū exiſtaꝫ teſtis. Gen̄.xliiij. Honorare debemus parētes ꝓpter fructū ꝯſequendū: Nam nulli precepto deus/ adiunxit premiū ſeruantibꝰ/ ꝛ penā nō ſeruātibꝰ/ niſi ſolū p̄cepto de honore parentū. Un̄ ait: Honora patrē matrē/ vt ſis lōgeuꝰ ſuꝑ terrā. Et ſequit᷑: Qui maledixerit patri vel matri: ſit ille maledictꝰ: ꝛ morte moriat᷑. Exo.xx.ꝛ. Deu.v. Quia ſem et Japhet patrem denudatū honorauerūt: ideo eius bn̄dictionem acceperunt. Gen̄.ix. Bn̄dictio aūt patris magne reputatiōis erat/ qn̄ eſau ꝛ iacob ꝑ ea taliter ꝯtendebant. Gen̄.xxvij. Quia chā patreꝫ nō honorauit ſed deriſit/ eiꝰ maledictionē incurrit. Gen̄.ix. Ad ruben dixit iacob. Nō creſcas/ qꝛ aſcēdiſti cubile patris tui. Gen̄.xlix. Honorare debemꝰ parētes vt durū diuinū iudiciū fugiamꝰ: ꝛ eius vltionē quā in p̄ſenti parentes nō honorātibꝰ p̄parauit. Precepit eñī dn̄s ꝑ moyſen: Si genuerit quiſpiā filium ꝯtumacē/ ꝓteruū ꝛc. lapidibꝰ obruet eū ppl's. Deu.xxi. Abſalon peſſime ꝑſecutus eſt patrē ſuū: ideo fuit morte peſſima interemptꝰ.ij. Reg.xviij. Duo filij ſēnacherib occiderunt eum: ſed neuter eorum regnauit.iiij. Regū.xix.

## ¶ De humilitate. Cap.lix.

Humiliare debemus.
In petitione diuinorum.
Famulatione dominorum
Gubernatione ſubditorum.
In reſponſione iurgiorum
In religione clericorum.
Exaltatione premiorum.
Reputatione minorum.
Cum deſpectiōe laudatorū.
Per remiſſionē peccatorum
Chriſti ſumptione exēploꝝ.

b **Humiliari** debemꝰ deo in oratōe loquēdo humiliter ꝛ ſeruiendo. Sic abraā deo hūiliter loquebat᷑ dicēs: Loquar ad dn̄m deum meum/ qm̄ cinis ꝛ puluis ſum ego. Gen̄.xviij Gedeon humiliter locutꝰ eſt angelo a deo miſſo dicēs: Familia mea īfima eſt in manaſſe: ꝛ ego minimꝰ in domo patris mei. Jud.vi. Dauid co-

ram deo humiliter ſe habuit qñ añ ei⁹ archã ludẽdo ſalta uit. ij. Re. vi. Quãdo nathan venit ad dauid ex pte dei Dauid ſe hũiliter habuit ad euz. ij. Reg. xij. Diſciplinãte dño pplm/ dauid hũiliter ſe excuſauit dicẽs: Ego ſum q̃ peccaui. ij. Reg. xxiiij. Magna humilitas fuit in magis q̃ p cidẽtes adorauerũt puerũ in pſepio. Mat. ij. Cẽturio humiliãdo ſe di. Dñe nõ ſum dignus ꝛc. Fecit ſe dignũ recipere grãm p egrotante ſeruo quã a chro poſtulabat. matt. viij. Mater filiorũ zebedei p catura p filijs acceſſit humiliter et adorauit. Math. xx. Humiliari debet hõ dñis tẽporalib⁹ ꝛ eis ſeruire ꝛ rñdere Ideo dixit angelus ad agar Reuertere ad dñam tuã ꝛ humiliare ſub manu eius. Gen. xvi. Multũ hũiliauit ſe Dauid erga ſaul dñm ſuũ cũ debebat eſſe eius gener dicens: Quis ego ſum/ aut q̃ eſt vita mea / aut cognatio pris mei i iſrl'/ vt fiã gener regis? i. Re. xviij. Silr cuz ſaul pſeq̃bat eũ multũ ſe hũiliauit dicẽs: Canẽ mortuũ perſequeris ꝛ pulicẽ viuũ. i. Re. xxiiij. Mifiboſeth inique accuſat⁹ regi a ſeruo iniuſte exheredatus a dauid humiliter loquebat. ij. Reg. xvi. ꝛ. xix. Humiles debẽt eſſe prelati nõ ſe ambitioſe plationib⁹ ingerẽdo vel inherẽdo: ſed humiliter excuſãdo ꝛ rẽnuendo/ ac cũ ſubditis humiliter cõuerſando. Ideo humiliter ſe quinquies moyſes excuſauit anteq̃ȝ vellet ducatũ ppli accipe: ad vltimũ volẽte dño accepit. Exo. iiij. Non debẽt plati totũ plationẽ ſibi ſupbe retinere. ſȝ alijs humiliter partẽ dare: iõ moyſes licet ducatũ a dño haberet: tñ rogauit obab vt ſecuz iret/ ꝛ ppli ductor eſſet. Nũ. x. Nõ debent negocia de ſuo capite ꝛ ſenſu facere: ſed hũiliter requirere ꝯſiliũ ſubditorũ. Nã licet moyſes ſic familiariter loqueret cum dño: tñ ꝯſiliũ ietro ꝯſulẽtis ſibi fideliter nõ deſpexit. Exod. xviij. Quãtũ debeãt hoĩes plationẽ reſpuere/ patet in gedeone qui licet elect⁹: noluit tñ populo dñari. Judi. viij. Non debent velle plati ſalutatões hoĩm inferiorũ ꝛ genuflexiones ante ſe ſuſtinere ꝛ adorari vt de⁹. Nã cũ petr⁹ adoraret a cornelio ait: Surge q2 ego homo ſuz. Similiter fecit paulus ꝛ barnabas. Act x. et. xiiij. Humiliter debent

homines cuilibet reſpõdere. Quia iuxta ſapientis ſnīam. Mollis reſpõſio frãgit irã. ſermo durus ſuſcitat furorẽ. Nam quia iacob loquẽs cuꝫ eſau humiliter reſpõdebat: iõ cõpeſcuit irã eiꝰ. Geñ. xxxiij. Ualde humiliter reſpondit dauid ad ſaul qñ debuit fieri gener ipſiꝰ. i. Reg. xviij. Si roboã humiliter reſpõdiſſet nequaq̃ꝫ decẽ partes ppl'i ꝑdidiſſet. iij. Re. xij. Princeps quinq̃genariꝰ tertius nõ eſt ↄſumptus ab igne: qꝛ humiliter ſequebatur. iiij. Regũ. i. Quia mulier Chananea reſpõdit humiliter verbis chriſti/ q̃ aſpera videbanť/ aſſerẽs ſe catellũ de micis menſe dñi ſaturari cupientẽ/ ſanitatẽ integrã filie ꝓcurauit. Mat. xv Querente dño a Petro vtrũ plus aliȷs eũ diligeret: reſpõdit humiliter dicẽs: Dñe tu ſcis qꝛ amo te. Nõ dixit plus aliȷs ſed ſimpl'r amo te: Joã. xxi. Hũiles debẽt eſſe religioſi pre ceteris gentibꝫ/ exẽplo alioꝝ religioſoꝝ et heremitarũ noui ꝛ veterꝫ teſtamẽti/ ſcꝫ helye ꝛ ioãnis baptiſte. Jõ debent religioſi de ſe hũiliter ſentire/ et ſe viles ꝛ hũiles reputare. Sic ioãnes dicebat Non ſum dignꝰ ſoluere corrigiã calciamenti eiꝰ. Joã. i. Jtẽ debẽt de ſe hũiliter loqui Sic ioannes dicebat: Ego vox clamãtis ĩ deſerto. Joã. i. Debent etiã nõ põpoſe/ ſed humiliter indui/ qꝛ qui mollibus veſtiunť in domibꝫ regũ ſunt. Jn cuiꝰ figura ioannes erat indutꝰ de pilis camelorũ. Mat. iij. Uñ aug. in regula dicit: Nõ ſit notabilis habitus veſter. ſuꝑ quo dicit hugo de ſan. victo. Nõ eñ tenera veſtis: ſed mũdicia mẽtis ornatũ facit clericũ. Jtẽ gregorius. Si cultꝰ veſtiũ ſubtiliuꝫ pctm̃ nõ eſſet/ nequaq̃ꝫ ſermo diuinꝰ tã vigilanter exꝓpreſſiſſet dicẽs/ ꝙ diues ille qui purpura fuit indutꝰ apud inferos torquereť. Lu. xvi. De helya ſil'r qui erat accinctus zona pelliecea circa lumbos eiꝰ. iiij. Re. i. Jtẽ debẽt hũiliter ꝛ nõ laute paſci/ ne murmurare incipiãt in deſerto religionis cũ filiȷs iſrl' dicẽtibꝫ Utinã mortui eſſemꝰ in terra egypti/ qñ ſedebamꝰ ſuper ollas carniũ: ſed ſint contẽti victu tenui cũ ioãne: cuiꝰ cibi erant locuſte et mel ſilueſtre. Mat. iij. Helie etiã in cuiꝰ figura angelꝰ ſolũ panẽ ſubcinericiũ miniſtrauit. iij. Reg. xix. Debẽt etiã victũ humili-

ter q̄rere: nec ex ſupbia vere/cundari vt mēdicēt/ cū hely/as ſeru⁹ dei a vidua ſarepta/na bucellā panis hūiliter po ſtulauit. iij. Reg. xvij. Itē de bēt humiliter habitare nō in altis domibꝫ ⁊ excelſis pala/tijs: ſed in locis ſolitarijs et deſertis. Iō habitauit iohā/nes in deſerto. Lu. iij. Hu/miliantes ſe dn̄o humiliter/ exaltant̄/ iuxta ſaluatoris ſen tentiā. Qui ſe exaltat humi/liabit̄/ ⁊ q̄ ſe humiliat exalta/bit̄. Luc. xiiij. ⁊. xviij. In cui⁹ figura ſaul q̄ q̄rebat aſinas fuit a dn̄o ſup regnū iſrl' exal tatus. i. Reg. ix. Veniēs heli ſeus ad iordanē: primo pcuſ/ſit aquas nihil dicēs/ ⁊ nō eſt diuiſa: qꝛ ſupbe agebat. Se cundo nomē helie inuocauit humiliter/ ⁊ ſic exaltatus eſt quia ſpm̄ helie duplicē habu it: pp̄heta fuit ⁊ mira facere īchoauit. iiij. Reg. ij. Diſper ſi ſunt filij iſrl' per holofernē/ hūiliauerūt ſe: ⁊ fuerūt p vi/ctoriā exaltati in tantū/ ꝙ p triginta dies vix collecta ſūt ſpolia aſſiriorū a populo iſrl' Iudith. xv. Petro dicēte hu militer chriſto. Exi a me qꝛ homo pctōr ſum. Ex hoc of ficiū aplat⁹/ ſibi dn̄s benigne cōmiſit. Lu. v. Optimā regu lā hūilitatis oñdit ſaluator dicēs: Cū inuitat⁹ fueris ad nuptias recūbe ī nouiſſimo. Lu. xiiij. Hūiliari debet hō q̄ntūcunqꝫ magn⁹: iuxta ſen tētiā ſalomonis. Quāto ma ior es humilia te in om̄ibus Eccle. iij. Iō heſter magna effecta tn̄ ſemp humilitatē ſe ctabat̄ ⁊ ſupbū deuicit amā. ibidē. 4. Dauid lꝫ magn⁹ ⁊ ī regē vnct⁹: tn̄ victualia fribꝫ hūiliter deferebat. i. Re. xvij. Propheta magn⁹ hieremias ex vtero vocatus pp̄heta di/cebat. Neſcio loqui. Hiere. i. Ioſeph vir iuſtus ⁊ caſt⁹ re/putans ſe indignum ꝯiugio virginis voluit eā occulte di mittere. Math. j. Btā virgo Maria venerabiliter ſaluta/ta/ ⁊ mater dn̄i appellata ait: Ecce ancilla dn̄i. Lu. i. Ioā nes cum per ſctītatē crederet̄ chriſtus dicebat: Nō ſum di gnus ſoluere corrigiā ⁊c̄. Io hā. i. Humiles debēt eſſe ho/mines qn̄ aliq̄ bona faciunt/ vt nō velint inde ventū vane gl'ie: vel ab hoībꝫ collaudari: Nam chr̄s publica ſua mira cula phibebat di. vt patet in leproſo mūdato. Mat. viij. ⁊ duobꝫ cecꝭ illūinatꝭ. Mat. ix Et de ſurdo et muto ſanato. Mar. vij. Et ſimiliter de trāſ

figuratiõe. Mat. xvij. Ad fugiendã iactantiã ⁊ vanã gloriã de bonis q̃ nos agimus/ et adhabendã humilitatem/ multũ valet exemplũ de humili phariſeo / ⁊ de ſupbo publicano. Lu. xviij. Petrus ſanãs claudũ/ miraculũ ſibi attribuere noluit/ſed deo. Act. iij. Humilitas bonis meret̃ indulgẽtiã peccatoꝝ: nõ ſolũ autẽ bonis/ſed etiã malis. Nã achab nequiſſim⁹ audiens ſibi penã debitã pro peccatis/humiliatus eſt / ⁊ deus ei penã tẽperauit. iij. Re. xxi. Roboam ⁊ principes ei⁹ humiliati ſunt: et dñs mutauit ſententiã per ꝓphetã ſuuȝ. ij. Para. xij. Ezechias humiliatus eſt: idcirco non venit ira dei ſup eũ in dieb; ſuis. ij. Parali. xxix. Nabuchodonoſor humiliat⁹/ recognouit ſtatũ ſuũ: ⁊ reduct⁹ eſt ad ſtatũ priſtinũ. Dañ. iiij. Quia viri niniuite humiliati ſunt: non eſt eorũ ciuitas ſubuerſa. Jone. iij. Magdalena q̃ ad pedes chriſti humiliter acceſſit peccatoꝝ veniã humiliter impetrauit. Lu. vij. Humilitatis exemplũ de chr̃o debem⁹ ſuſcipere/in triplici ſuo ſtatu. ſ. natiuitatis/vite/⁊ mortiſ. In natiuitate fuit hũilis: q̃ cõcipi voluit ĩ ciuitate parua. ſ. nazareth. Uñ dixit nathanael. A nazareth potuit aliquid boni eẽ. Joã. i. Jtẽ q̃ de humili matre. Luce. i. Reſpexit humilitatẽ ⁊c̃. Jtẽ in humili loco reclinat⁹. ſ. ĩ p̃ſepio. Lu. ij. De hũilitate aũt chr̃i quõ humiliter vixit: hũiliter docuit: nunc omitto: q̃ de hac plena ſunt oĩa euãgelia. De morte autẽ chr̃i notandũ eſt ꝙ fuit humilima. Caruit eñ ſeptẽ q̃ ſupbi querũt. ſ. affluẽtiã terrenoꝝ: leticiã amicoꝝ: ſapientiã mundanoꝝ: famaȝ ppl'ariũ: victoriã aduerſoꝝ: turbã famuloꝝ: numerũ amicorũ. Ecõtra fuit chr̃s veſtibus ſpoliat⁹: oĩ ꝯſolatiõe priuatus: inſipiens reputat⁹: in carne vulnerat⁹: corporaliter victus: a diſcipulis derelict⁹: ab his q̃ amici eſſe debuerũt acriter afflict⁹ ⁊ crucifixus: Hec oĩa patẽt mathei. xxvij. Luc. xxiij. et Joan. xix. Quõ deus oĩpotẽs ſuã deitatẽ abſcondit ſub hũanitate patet ex hoc / ꝓut pulchre effrẽ deducit in quodã ſermone: de chriſti transfiguratione: vbi chr̃m deũ ⁊ hoĩeȝ dicit: ſic dicẽs: Si nõ erat de⁹/ Gabriel quẽ deũ vocauit: Si nõ erat hõ/ Maria quẽ in ventre ge-

ſtabat? Si nõ erat de⁹, Joã nes cui i vtero exultauit? Si nõ erat hõ/in pſepe quis iace bat: ſi nõ erat de⁹ angeli quẽ glorificabãt. ſi nõ erat homo Maria quem lactabat/ſi nõ erat de⁹ magi quẽ adorabãt. ſi nõ erat hõ ioſeph quem cir cũcidebat/ ſi ñ erat de⁹/colũ ba quẽ ꝑteſtabať. ſi ñ erat hõ/ ioãnes quẽ baptiſabat: ſi nõ erat de⁹/ꝙs relaxabat pctã: ſi nõ erat hõ in deſerto ꝙs eſu riebat: ſi nõ erat deus mare ꝛ vẽti cui obediebãt? ſi nõ erat hõ/in naui ꝙs dormiebat. ſi nõ erat deus/ mortuos ꝙs ſu ſcitabat. ſi non erat hõ cibos ꝙs ſumebat: ſi nõ erat de⁹ la troni regnũ ꝙs ꝓmittebat. ſi nõ erat hõ in cruce ꝙs pẽde bat? ſi nõ erat deus ſol lucẽ ꝓ pter quẽ tenebat. ſi ñ erat hõ/ in ſepulchro ꝙs iacebat. ſi nõ erat de⁹ die tertia ꝙs reſurge bat: ſi nõ erat hõ: Thomas quẽ palpabat: ſi nõ erat de⁹ in celũ quõ aſcẽdebat? Patet ergo ꝙ chr̃s fuit de⁹ ꝛ hõ ex ſuſtantia patris añ ſecula na tus. oĩa implens: omnia con tinens. Eq̃lis ꝑ oĩa in ſuba: ex ipſo/ ꝛ cũ ipſo ſempitern⁹. Nã i ſe ſuſcepit humanã na turã creator ac dñs oĩm crea turaꝝ: ꝛ ſuã glorioſiſſimã dei tatẽ velauit ac hũanauit: ſua hũilitate nob in exẽplũ vt ita faciam⁹: vt cũ eo eternaliter viuere atq; regnare valeam⁹

¶De iactantia et gloria.

Cap. lx.

Jactatores conſueuerunt.
Alios deſpicere detrahendo
Pompis ſe ꝑficere extollẽdo
Deum abijcere obloquendo
Jn factis deficere abdicẽdo

Iactatores alioꝝ facta ꝛ perſonas deſpiciũt/ ꝛ ſeipſos extollunt ſic gaal filius obeth dicebat Quis eſt Abymelech et ꝙ eſt ſichẽ vt ſeruiam⁹ ei? vtinã da ret aliꝙs ppl'm iſtum ſub ma nu mea. q. d. Ego magna fa cerẽ. Jud. ix. Grãdia ꝟba di xit rapſaces ex ꝑte regis aſſy rioꝝ deſpiciẽs regẽ iuda/ꝛ re gẽ egypti/extollens dñm ſuũ ꝛ ſeipm. iiij. Re. xviij. Cõtra iactãtes ſe ꝛ ceteros deſpiciẽ tes/ponit chr̃s pabolã de pu blicano hũili et de phariſeo ſupbo exaltãte ſe ꝛ deprimẽte alios. Lu. xviij. Deſpiciebãt pharisei cecũ natum di. Jn pctĩs natus es ꝛ doces nos? Joã. ix. Arrogãter ait pilat⁹ chr̃o: Neſcis qꝛ ptãtẽ habeo crucifigere te ꝛ dimittere te. Joã. xix. Jactatores põpati

ce/ꝛ ex ſupbia magna loquũtur: ſꝫ hõ ſapiẽs de q̃bus iactari poſſet tacet. Sic ſamſon inermis/interfecit leonẽ volens oſtẽdere ſuã ꝓbitatẽ. Iud.xiiij. Stultũ eſt ſe iactare de futuris ꝯtingentibus. Nam adonias eleuabaꝛ dicẽs: Ego regnabo et poſtea nõ regnauit. iij.Re.i. Unde phs/de futuris ꝯtingentibꝫ nõ eſt determinata veritas. Benadab rex ſyrie pompoſe locutus eſt regi iſrl' per nũcios ſuos:cui bene reſponſum eſt.iij.Re.xx. Aman ſuperbꝫ pompoſe iactauit ſe/ꝙ ſolus cũ regina prãderet: qui fuit poſtea ſuſpẽdio ꝯdemnatus Heſt.v.ꝛ.vij. Nabuchodonoſoꝛ in aula deambulãs dicebat cũ ſuperbia. Nõne hec eſt babylon/magna ciuitas quã edificaui mihi/et cetera ỽba iactatoꝛia q̃ poſtea mutatus fuit in beſtiã. Dañ.iiij. Quantũcunq; humiliantur ſuperbi ſe iactare nõ deſinũt. Sicut antiochꝰ turpiter fatigatus ſuperbe ſe iactabat. ij.Mach.v. Jactatoꝛes nõ ſolũ ſupꝛa hoĩes ſe extollunt ſed etiã ſupꝛa deum. Ideo dicitur de lucifero/qui dicebat in coꝛde ſuo: In celũ aſcẽdã. ſupꝛa aſtra/exaltabo ſolium meũ: q̃ poſtea ꝯfuſe ꝛ turpiter cecidit. Eſaie.xiiij. Nabuchodonoſoꝛ dixit ſocijs Danielis: Quis eſt deꝰ qui eripiat vos de manu mea? Dañ.3 Dicentibꝫ iudeis/eſt deꝰ potens in celo/q̃ iuſſit celebꝛare diẽ ſeptimũ. Rñdit nycanoꝛ Et ego potẽs i terra q̃ ĩpero ſumi arma.ij.Machabe.xv. Qui ſe ſic iactãt ſp mentiunꝛ et imitanꝛ diabolũ: qui ſe iactabat plura poſſidere q̃ꝫ deꝰ dicẽs chꝛiſto. Hec oĩa dabo tibi ſi cadẽs adoꝛaueris me. Math.iiij. Scd̃m ỽo lucã ſe iactauit dicẽs: Hec mihi tradita ſũt ꝛ cui volo do illa. Lu.iiij. Jactatoꝛes mlt'a dicũt ꝛ pauca faciũt: imovt in plurimũ ꝯfũdunꝛ ꝛ deficiũt. Juxta illud. Sepe minꝰ faciũt hoĩes q̃ magna minanꝛ Sic goliath ſe iactãs inuitabat alios ad ſingulare certamẽ q̃ fuit a puero ſupatus. i.Re.xvij. Holofernes iactabat ſe corã Achioꝛ/ꝙ ipſum occideret ꝛ filios iſrl' ſuperaret: q̃ poſtea fuit a femina interfectꝰ. Judith.vi.ꝛ.xiij. Dixit ſeron. Faciã mihi nomẽ ꝛ delebo iudã: ꝛ ĩpe fuit poſtea debellatꝰ.i.mach.iij. Demetriꝰ ſupba ỽba miſit ad ionathã/ſꝫ cito male ſibi ſucceſſit.

i. Mach. x. Nycanor iactauit ſe dare ꝑ vno talento nonaginta mācipia iudeoꝝ: ſed ipſe ſuccubuit. ij. Mach. viij. Petrus iactāter ſe obtulit cū cū chro mori: ꝙ eū ad vocē femine ter negauit. Mat. xxvi.

¶ De idololatria ꝛ idoloꝝ cultura. Cap. lxi.

Idololatrare facit hoies.
Timiditas vel abſentia prelatorum.
Calliditas et adherentia laſciuorum.
Malignitas et complacentia sociorum.
Tumiditas ꝛ excellentia ſuperborum.
Iniqtas ꝛ ꝯſciētia reproboꝝ

Idololatrare facit hoies aliqn̄ abſentia ꝑlatorū. Tales fuerūt filij iſrl': qꝛ dū moyſes eſſet in mōte: interim dixerūt ad aarō/ Fac nobis deos ꝙ precedāt nos. Qui puſillanim⁹ timēs ppl'i inſultū: fecit eis vituluz conflatilē/ quē ipi adorare ceperūt. Exod. xxxij. Mortuo ioſue filij iſrael fecerūt malū in ꝯſpectu dn̄i: ꝛ deſeruerunt dn̄m deū patrē ſuoꝝ ꝛ idolis ſeruierūt. Judi. ij. Idololatrare facit hoies luxuria ꝛ inordinata concupiſcētia mulierum. Nam fornicatus eſt populus iſrael cū filiab⁹ moab/ que vocauerūt illos ad ſacrificia ſua: ꝛ illi comederūt ꝛ adorauerūt idola ſua. Nu: 25. Cū eſſet ſenex ſalomō deprauatū eſt cor ei⁹ ꝑ mulieres vt ſeq̄ret deos alienos/ nec erat ꝑfectū cor eius apđ deū iij. Regū. xi. Idololatrare facit hoies mala ſocietas vel malū exemplū/ qđ videtur in alijs ꝙ male egerūt. Non em̄ ſuffecit achab regi iſrl'/ vt ambularet in peccatis ieroboā: ſed inſuꝑ ſeruiuit baal ꝛ adorauit eū. iij. Reg. xvi. Achas rex iuda ambulauit in vijs regum iſrael: inſuper ꝛ filium eius ꝯſecrauit/ transferēs per ignem. iiij. Reg. xvi. Trāſlati filij iſrael in aſſyrios: collocate ſunt diuerſe gētes: in ciuitatib⁹ ſamarie/ ꝛ vna queqꝫ fecit deū ſuū iuxta ꝯſuetudinem gentiū. iiij. Reguz. xvij. Idololatrare facit hoies ſuperbia eoꝝ qui ſe reputāt eq̄les vl' maiores deo. Sic holofernes iratus ꝯtra achior/ ꝙ cōmēdabat potētiā dei hebreoꝝ: Dixit ſe eſſe oſtenſuꝝ ꝙ nō eſſet de⁹: niſi nabuchodonoſor. Judit. vi. Dari⁹ rex perſarū ꝑcepit/ ꝙ nullus pete

ret aliqd ab aliquo deo/infra triginta dies:niſi ab ipſo/tāq̄ ſe/ſicut deū oſtēderet potētē. Dan.vi. Nabuchodonoſor fecit ſtatuā aureā ꝛ p̄cepit ſupbe:vt oēs gētes adorarēt ipſam. Dan.iij. Idololatrare facit hoīes malicia ꝑpria ꝛ ꝑuerſitas animi. Sic ieroboam excogitato ꝯſilio/fecit duos vitulos aureos adorari pro deo.iij. Reg.xij. Edificauerūt viri iuda aras ꝛ ſtatuas ſup colles ꝛ ſubter arboreſ iij. Re.xiiij. Cōfuſ⁹ ſēnacherib reuerſus eſt in niniuen: et cū adoraret in tēplo dei ſui: duo filij ei⁹ occiderūt eū.iiij. Re.xix. Manaſſes rex iuda fecit aras baalim: ꝛ adoraue rūt oēꝫ miliciā celi.ij. Paral. xxxiij. Babylonij pri⁹ adorātes idolū/poſt ei⁹ ſubuerſionē adorauerūt draconē. Dan. xiiij. Antioch⁹ iuſſit edificari aras/ꝛ idola/ꝛ īmolari carnes ſuillas. i. Mac.i. Manēte Paulo athenis incitabat̄ videns idololatrare totā ciuitatē: in quo monet̄ q̄libet dolere de iniuria dei. Act.xvij.

¶ De ipatientia ꝛ murmure. Cap.lxij.

Impatientes ſunt ꝛ murmurantes.

Subiacentes correctionibus dominorum.

Seruientes crapulationib⁹ guloſorum.

Inuidentes conſolationib⁹ aliorum.

Iraſcentes in ſuſtentationibus aduerſorum.

Neſcientes in inſtructionib⁹ peritorum.

Extollentes ſe in adinuentionibus ſublimorum.

Impatientes ſūt ſui ꝛ ſubditi ad correptiōes ꝛ verba dn̄oꝝ aliqn̄. Sic agar nō ferēs correptionē dn̄e ſue/que affligebat eā/ꝑpter ſuperbiā ei⁹ receſſit impatiēs. ſed eſt ad angeli monitionē reuerſa. Gen. xvi. Prepoſiti filiorū iſrl' dixerūt moyſi p̄lato eoꝝ. Iudicet dn̄s inter te ꝛ nos. Exo. v. Filij iſrl' impatiētes dixerūt ironice (ſpotlichen) moyſi: Nunq̄d nō erāt ſepulchra in egypto? Exo.xiiij. Uidēs populus q̄ moyſes moraret̄ cū dn̄o in mōte/filij iſrl' impatiētes dixerūt ad aaron Fac nobis deos q̄ p̄cedāt nos. Exo. xxxij. Ancilla ſare impatiēter ferēs īcrepationē dn̄e ſue/cōtumelioſe reſpōdit: Amplius ex te non videamus filiuꝫ ꝛc̄.

# De ĩpatiētia et mur.

Tho.iij. Impatiētes et mur
murantes ſunt hoīes guloſi
nō volētes pati aliquē defe/
ctū eſce ⁊ potus. Nā impati/
tiēs ppl's iſrl' murmurauit ꝓ
pter defectū potus. Exo.xvij
Murmurauerūt poſtea tan/
q̄ impatientes ꝓpter cibum
⁊ grauiter puniti ſunt. Exo.
xvi. Guloſi multi habentes
murmurare non deſinunt.
Sic filij iſrl' habētetes mā/
na ⁊ coturnices a domīo nō
erāt contenti: ſed adhuc mur
murabāt ꝓpter ariditatē ſitꝭ.
Exo.xvij. Recordabanť filij
iſrael carniū in egypto: ſed de
miſcdia ⁊ ſeruitute in q̄ fue/
rant nō fecerūt aliquā men/
tionē de qua a deo fuerūt li/
berati. Exo.xvi. Propter de
fectū potꝰ ⁊ fructuū murmu
rauerūt ad aquas ꝯtradictio
nis. Num.xx. Impatiētes ⁊
murmurātes ſūt hoīes inui/
di de aliena felicitate: qđ do
mino multū diſplicet. Ideo
ꝓpter murmurationē contra
Aaron ⁊ dn̄m / ex inuidia fa/
ctā/egreſſus eſt ignis a dn̄o ⁊
deuorauit extrema caſtrorū.
Nū.xvi. Et ꝓpter murmura
tionem quam fecerūt chore.
Dathā ⁊ abyron / deſcēderūt
viui in infernū. Ibidē. Diſcū
bente dn̄o in domo mathei:
phariſei īuidi murmurare ce
perūt/ q̄ cū pctōribꝰ mandu/
caret. Mat.ix. Luc.v. Silr
cū diſcūberet cum Zacheo.
Lu.xix. Operarij murmura/
bāt aduerſus patrēfamilias:
qꝛ largus fuerat nō tm̄ labo/
rantibꝰ tota die: ſꝫ ⁊ veniētibꝰ
hora vndecima. Math.xx.
Principes ſacerdotū audiē/
tes pueros cātātes oſāna: in
dignati ſunt. Lu.xix. Mat.
xxi. Frater filij ꝓdigi īuidēs
feſto frīs / indignatꝰ nolebat
intrare. Lu.xv. Impatiētes
ſunt homines iracundi q̄ ne
ſciūt aliq̄d patiēter pati: ⁊ ħ
aliqn̄ ī dānū ſuū. Sic achi/
tofel/ vidēs ꝯſiliū ſuū diſſipa
tū ira ⁊ indignatiōe cōmotꝰ
laqueo ſe ſuſpēdit. ij. Re.xvij
Quia dure locutꝰ fuit roboā
filijs iſrl'/ decē tribꝰ īdignate/
receſſerūt ab eo. ij. Para.x. ⁊
iij. Reg.xij. Greci qꝛ videbāt
viduas ſuas in q̄tidiano my
niſterio deſpici: irati aduer/
ſus hebreos / murmurare ce/
perūt. Act.vi. Impatientes
ſunt aliqn̄ multi qn̄ īſtruunť/
⁊ ỽitas eis manifeſtať: qꝛ ha
bētes oculos obtenebratos
īllūīnari recuſant. Sic vxor
Thobie/ cū eā thobias furti
auiſaret īpatiēter reſpondit.
Tho.ij. Diſputātes maxime

qñ ſuperant ab oſtendẽte veritatẽ turbant et impatiẽtes fiũt. Sic eliphas ↄuictus a iob / multa ſigna impatientie monſtrauit. Job. xxij. Quia Eleazarus inſtruebat eos in veritate: q̇ eũ duxerãt / in iraȝ ↄuerſi ſũt. ij. Mach. vi. Phariſei audiẽtes cecũ illuminatũ / diſputantẽ ⁊ ↄuincentem eos / maledixerũt ei. Joã. ix. Audiẽtes iudei verba ſtephani diſſecabant cordibꝫ ſuis. Actu. vij. Impatientes ſunt hoies ſupbi: qui audire neq̄unt verba que eorũ excellentie opponuntur. Nam cũ ceſſaſſet loqui Achior / Holofernes impatiẽter tulit. Judith v. Sic fuit impatiẽs ſuperbus Aman / qꝛ Mardocheꝰ non adorabat eum paruã reputans omnẽ eius gloriaȝ / mortẽ eius / ⁊ aliorũ iudeorũ procurauit nequiter. Heſter iij. Nabuchodonoſor audiens ꝙ tres pueri eius ſtatuã noluerunt adorare / quam ſuperbe erexerat / in ira ⁊ infurore precepit eos mitti in fornacem ardentem. Daniel. iij. Herodes rex iratus audiẽs ꝙ chriſtus rex natus eſſet / ꝑpter ſuperbiam dominandi: pueros oẽs i furore mandauit occidi. Mat. ij.

¶ De igratitudine bñficioꝝ. Cap. lxiij.

Jngratus eſt homo.
De beneficijs largienti.
Pijs ſeruitijs relucenti.
De precipitijs eruenti.
Ex intimo corde diligenti.

Jngrati ſũt hoies deo ſua beneficia obliuioni tradentes: nec de ipſis gr̃as referẽtes. Sic filij iſrl' educti a dño de ſeruitute egypti / fecerũt vitulũ aureũ adorantes eundẽ: obliti oĩm bñficioꝝ dei. Exo. xxxij. Cito obliti ſũt bñficioꝝ dei filij iſrl' q̇ veſcebant manna ⁊ murmurabãt. Nũ. xxi. Rephẽdit angelꝰ iudeos ĩgratos diuia bñficia recolẽdo. Jud. ij. Sublimauit deꝰ ieroboã ſup decem tribꝫ / ⁊ ille auertit pplm a cultura dei. iij. Reg. xij. Amaſias diuino auxilio ſupauerat hoſtes / ⁊ tñ poſtea idola adorauit. ij. Para. xxv. Conquerendo dixit dominus de ingrato populo: Filios enutriui ⁊ exaltaui / ipſi autem ſpreuerunt me. Eſa. i. Jngrati ſunt aliquando homines ſeruiẽtibꝫ eis fideliter in quocunq̧ ſeruitio ſiue ore inſtruendo: ſiue operibus ſeruiendo. Sic ingratus fuit

pincerna pharaonis ioſeph q̄ ſuccedentib⁹ pſperis ſui interpretis eſt oblitus. Gen̄.xl. Laban multotiēs voluit immutare mercedē iacob / ei fideliter ſuiēti. Gē.31. Multa ſeruitia recepat a dauid ſaul ⁊ tn̄ eū occidere ſepi⁹ nitebat̄ i. Re. xviij. Ualde ingratus fuit Dauid vrie cui tradidit lr̄as ſue mortis. ij. Re.xi. Ingratus eſt aliqn̄ hō liberanti eū de magno piculo/tales liberati nitunt̄ aliqn̄ deſtruere liberātes. Nā ſaluauit ⁊ liberauit Dauid habitatores ceyle. Et tn̄ in manu ſaul euȝ querētis occidere tradere voluerūt. i. Re. xxiij. Poſtq̄ꝫ dauid pepcerat abſalon fratricidium/⁊ liberauit eū de exilio/ ipſe eū grauiter poſtea pſecutus eſt. ij. Reg. xv. Miſit Jonathas viros q̄ liberauerunt demetriū/ q̄ poſtea alienatus vexauit eū. i. Mach. xi. Dn̄s vinee pepercit pſequentibus ſeruos/ q̄ poſtea ei⁹ filiū occiderūt. Mat. xxi. De decem leproſis liberati a lepra/ nouē fuerūt ingrati. Lu. xvij. Queſtores ingrati de liberatione puelle a demone/ ſunt poſtea paulū pſecuti. Act. xvi. Ingratus eſt hō aliqn̄ amicis honorātib⁹ eū / ⁊ puro corde diligētib⁹/ eis vel eoꝝ heredibus retribuēdo ↄtrariū. ſic filij amon p honore accepto a ſeruis dauid: ad eos pſonaliter deſtinatis/ p honore vituperiū reddiderūt. ij. Regū. x. Ualde ingratus fuit dauid amicitie ionathe/ qn̄ filios hereditate priuauit. ij. Reg. xvi Non eſt recordat⁹ Joas rex miſcdie ⁊ amicitie / quā fecerat ei ioiada ſacerdos/ qn̄ zachariā eius filiū interfecit. ij. Paral. xxiiij. Heliſe⁹ multū honorauerat pplꝫ iſrl̄ ⁊ regē: ⁊ tn̄ iuſſit euȝ rex decapitari. iiij. Regum. vi.

## ¶ De inimicitia ⁊ odio. Cap. lxiiij.

Inimicitia ⁊ odium.
Iniq̄tate acquirit̄ p̄cedente.
Cupiditate acq̄rit̄ apparēte
Malignitate pq̄rit̄ inuidēte
Carnalitate exq̄rit̄ īuadēte.
Auctoritate ↄcipit̄ arguente
Cum pietate dimittitur pacificante.

Inimicitias pmittit deus fieri: ⁊ hoc pꝑter pctm̄. Pctm̄ em̄ cā eſt inimicitiarū. Un̄ aurelius augu. di. Pctm̄ eſt deformitas quā de⁹ deteſtat̄: iniq̄tas quā demon amplexatur:

infirmitas qua totus mundꝰ
diſſipatᷓ. In cuiꝰ ſignū ſtatim
poſt pctm̄ primorū parentū:
poſuit deꝰ inimicitias inter
ſerpētē ꝛ mulierē/ꝛ inter vtri/
uſqꝫ ſemē. Geñ.iij. Tres ini/
micos ſuſcitauit dñs Salo
moni poſt pctm̄.ſ.raſon filiū
eliada. Adad: ꝛ Ieroboā.iij.
Reg.xi. Cum filij iſrl̄ pecca/
rent et facerent malū coram
dño / inſurrexerūt inimici eo
rū. Iud.ij. Iudeis peccanti
bus holofernes obſedit eos:
ſed eis penitētibꝫ liberati ſūt
Iudith.v.ꝛ ꝑ totū. Occaſio
ne pcti diabolus dr̄ inimicꝰ
nr̄:ipſe em̄ eſt inimicus quē/
odio habere debemus:q̄ dor
miētibus hoībꝰ ſupſemina/
uit zizaniā. Mat.xiij. Inimi
citie multe ex cupiditate rerū
tpaliū oriunt̄. Nā inter paſto
res abrae ꝛ loth facte ſūt ini/
micitie ꝑpter ſubſtantiā. Gē.
xiij. Rixati ſunt paſtores ge/
rare/cuꝫ paſtoribꝫ iſaac eo lo
cupletato. Ideo appellauit
nomē loci illius puteꝰ ad ini
micitias. Geñ.xxvi. Oderat
eſau Iacob ꝑpter heredita/
tē ꝛ dicebat: Ueniet dies lu/
ctus patris mei ꝛ interficiaꝫ
eū. Geñ.xxvij. Inimicitia et
odiū orit̄ aliqñ ex inuidia. nā
inuidentes frēs Ioſeph qꝛ a
pr̄e cūctis fratribꝫ plus ama
ret̄/oderāt eū nec poterant ei
quicqꝫ pacifice loqui. Gene.
xxxvij. Egyptij oderāt filios
iſrl̄:qꝛ creuerāt ꝛ multiplica/
ti ſūt:ꝛ affligebāt eos. Exo.i.
Uidēs ſaul qꝛ dauid pruden
ter ageret ꝛ ppl's eū diligeret
factꝰ eſt eiꝰ inimicus.i. Reg.
xviij. Inimicitia magna ſur/
git ex luxuria. Propter deflo
rationē dyne/inter ſichē ꝛ fi/
lios iacob inimicitia magna
fuit. Geñ.34. Fūdebat apud
ſāpſonē lachrymas vxor eiꝰ
dicens: Odiſti me ꝛc. Iudi.
xiiij. Et ꝑpter eaꝫ ablatā ſibi
factꝰ eſt inimicus oībꝫ phili/
ſteis. Iudi.xv. Iuditio dei
fit vt poſt carnalē amorē ſe/
quat̄ odiū: vt patet in amon
et thamar eiecta. ij. Reg.xiij.
Inimicitias ꝛ odiū portant
aliqñ hoīes mali:repꝛhenden
tibꝫ eos ꝛ loquētibꝫ veritatē.
Nā cū helyas argueret ach/
ab ꝑ iniqua occiſiōe naboth
Dixit ei achab. Nū inueniſti
me inimicū tibi. iij. Reg.xxi.
Dixit achab ad ioſaphat de
michea. Ego odio eū: qꝛ nō
pphetat mihi niſi malum.iij.
Reg.xxij. De hac materia re
quire multū in cap. de verita
te. Inimicitias debet homo
fugere: ꝛ quantū poteſt ini/

micos pacificare/ et vt pacẽ cito inueniãt/nõ nimis offendere. Nã iepte pacificat⁹ eſt cũ galaaditis q̃ expulerũt eũ ⁊ pro eis pugnauit. Iud.xi. Duo latrones rechab ⁊ baana q̃ attulerũt caput iſboſeth dauid inimici ſui / fuerũt ab eo ꝯdẽnati. ij. Reg.iiij. Cognouit ſymõ ꝙ Triphon in dolo peteret argentũ / ⁊ pueros iuſſit tandem dari ne inimicitia in pplo magna fieret .i.Mach.xiij. Rephendendi ſũt q̃ ꝑpter bonas cauſas nõ faciũt pacẽ iter inimicos cũ ꝑpter mortem dñi facti ſunt amici/herodes ⁊ pilatus/qui antea fuerãt inimici. Lu.xxiij Inimicis deuict; diuina nõ humana ꝟtute/deo grẽ ſunt reddẽde. in cui⁹ figura thou rex audiens / ꝙ dauid expugnaſſet adadezer inimicũ ſuum / miſit ad eum filiũ ſuũ et gratias egit ei.i. Paral.xviij. Amputato capite holoferni dixit Judith. Laudate dñz deũ nr̃m q̃ interfecit i manu mea hoſtem ppli ſui. Judith xiij. Submerſis egyptijs dixit moyſes: Cãtem⁹ dño glorioſe:qꝛ equũ ⁊ aſcenſorẽ ꝓiecit in mare. Exo.xv. Raguel ⁊ anna laudauerũt deũ q̃ excluſerat ab eis inimicũ verãtẽ. Tho.viij. Machabei victoria habita canebãt ⁊ benedicebãt deũ in celũ.i. Mach iiij. De hac materia q̃re in capi.de diſcordia.

## ¶De intentione recta. Cap.lxv.

Intentio in opere.
Facit exterminare q̃d fuerit.
Opus acceptare ſi defuerit.
Habet occultare ſi latuerit.
Neq̃d iudicare q̃d voluerit.
Debet regulari ne ruerit.

Intentio imponit finẽ opi:opus.n. de ſe nõ iudicat: ſed intentio Nam vna ⁊ eadẽ operatio facta diuerſa intentiõe ſortitur virtutẽ ⁊ viciũ. Unde Cayn occidit abel ⁊ peccauit:qꝛ ex inuidia fecit ⁊ malã intentionẽ habuit. Gene.iiij. Dauid interfecit golyã ⁊ meruit: q̃a ex iuſticia: Et vt pplm defenderet.i. Regũ.xvij. Abraã et ſara riſerũt in ꝓmiſſione filij/ ſed riſus abrae fuit cõmẽdatus ⁊ virtuoſus qꝛ ex leticia: ſare vero reprehenſibilis.q̃a ex incredulitate. Gen̄.xvij.et xviij. Pharao dixit peccaui. Judas etiã dixit peccaui nec tñ veniã meruerũt: quia erat intẽtio eoꝝ deprauata. Exo. ix. Math.xxvij. Dauid dixit

ſimiliter: ꝛ de⁹ pepercit: quia rectã intẽtiõeꝫ habuit. ij. Re. xij. Non ſolũ idẽ opus aduerſis intẽtionib⁹ eſt virtus ꝛ vitiũ: ſed factũ ab eodẽ. Nam moyſes quaſi idem dixit educẽs aquas de petra: ꝑmo meruit. ſcḋo peccauit. Nu. xx. et Exo. xvij. multiplices intentiões habebãt turbe in ſequẽdo chꝛm. Nã quidã ſequebãť eũ vt eũ nequiter obſeruarẽt et hi grauiter peccauerũt: lu. xiiij. quidã vt de panib⁹ ei⁹ ſaturenť / ꝛ hi nec merebãť nec peccabãt. Joã. vi. Alij vt ſanarenť a languoꝛib⁹: Joa. vi Alij vt audirent verba eius / ꝛ inde edificarenť: ꝛ hi multipliciter merebanť. Luce. v. Diuerſitas intentionũ in cupiendo chꝛiſtũ videre zacheũ fecit mereri ſalutẽ domui ſue Lu. xix. Et herodẽ demereri chꝛiſti reſponſionẽ. Lu. xxiij hoc etiã facit varietas intentionũ. Nã intẽtio ꝛ volũtas reputanť pꝛo facto ſi poſſibilitas nõ affuerit. Nam cõmẽdauit dñs bonã voluntatem dauid de edificando templũ licet ipſe noluerit ꝙ edificaretur per eũ. ij. Reg. vij. Herodis intentio quando occidit pueros fuit occidere chꝛiſtũ / licet nõ potuerit. Ideo chꝛiſticida vocať: nam ita peccauit ac ſi chꝛiſtum occidiſſet. Math. ij. Sine cauſa nõ dixit ieſus. Qui viderit mulierem ad cõcupiſcendã eã iam mechatus eſt in coꝛde ſuo. Mat. v. Intẽtio celatur ab opere: nõ opus ab intentiõe Nam dauid miſit ad vꝛiã vt veniret ꝛ quieſceret / nõ ꝓpter eius quietẽ: ſed vt ſuũ pctm̃ celaret. ij. Reg. xi. Oꝛnauit ſe iudith vt ſolẽt ſe oꝛnare laſciue mulieres: ſed illa oꝛnatio nõ ex libidine: ſed ex maxima virtute patriã defendendi ꝓceſſit. Judith. ix. Herodis intentio erat chꝛiſtuꝫ occidere. ſed tñ eã ſub adoꝛatiõis pallio abſcõdebat. Matt. ij. Intentio hoĩs ĩ his q̃ agunť ab eo nec debet nec poteſt de facili iudicari / vtrũ ſit bonã vel mala: maxime in ambiguis: et debet hõ ſemꝑ opus in bonã partẽ ꝛ melioꝛẽ viã interpꝛetari. nã filij ruben ꝛ gad ꝛ dimidia trib⁹ manaſſes edificauerũt altare ad bonũ intentionem: quam filij iſrl' in oppoſitũ cõuerterunt. Joſue xxij. Quia mardocheus non adoꝛabat Aman: credebat aman ꝙ faceret ex deſpectu: ſed nõ ex deſpectu pꝛoceſſit. ſed q̇a creature noluit facere

reuerentiã creatoris. Hester. iiij. Prohibebat dñs duob9 cecis illuminat3 ab eo:ne cui hec dicerent: at illi diffama/bant eũ in tota terra illa: nec tñ arguunt fore transgresso/res. Mat.ix. Intentionẽ ha bendi in opib9/regulã dedit christus/quã.ſ.intentionẽ de bet hõ habere vel bona faciẽ do/vel mala ſustinẽdo / q̃ oĩa debẽt referri intentionaliter in ipſu3 dicẽs: Bti eritis cũ oderit vos hoies ꝛ maledixe rint vobis ꝑpter nomẽ meũ/ gaudete ꝛ exultate ꝛc̃. Mat. v.lu.vi. Siĺis regula habet cũ dr̃. Qui dederit potũ vni ex minimis iſtis calicẽ aque frigide ꝛc̃. Mat.x. Itẽ oĩs q̃ reliquerit domũ ꝛ agrum ꝛc̃. Mat.xix. Elemoſynã dare: ieiunare: orare p̃cepit dñs fie ri nõ intẽtiõe placẽdi hoib9: ſed placẽdi deo q̃ in abſcõdi to videt/ ꝛ in abſcondito ma nens iuxta intentionẽ remu/nerat operantẽ. Mat.vi.

¶ De inuidia et emulatione. Cap.lxvi.

Inuidia ꝛ emulatio dat
Mortis dolorib9 occaſionẽ.
Summis honoribus mino rationem.
Doctoribus perſecutionem
Detractorib9 oblocutionem
Propinquorib9 ꝑturbationẽ.
Meliorib9 impeditionem.
Dei cultorib9 nõ dat leſionẽ.

Inuidia oc caſio eſt ſpũalis ꝛ cor/poralis mort3. Nã vt ſcribit Sapiẽ. ij. Inuidia diaboli mors introibit in orbẽ terra/rũ:q2.ſ.videns diabolus ho/minẽ eſſe in ſtatu felici/ꝛ ad il lũ locũ poſſe aſcẽdere: vñ ipe ceciderat/ doluit ꝛ ideo tẽta/uit et vicit: ꝛ ſic hõ vtriuſq3 ſniam mort3 incurrit. Gẽ.iij. Cayn mot9 inuidia abel fra trẽ ſuũ occidit: q2 ei9 munera ꝛ nõ ſua dñs reſpexit. Ge.iiij De hac materia q̃re in ca. de homici. Inuidẽt ab inuidis q̃ in honorib9 ꝛ diuitijs poſi ti vident. Nã q2 dñs bñdixe/rat iſaac ꝛ multiplicat9 eſt/ob hoc inuidebant ei paleſtini. Geñ. xxvi. Propter honorẽ dauid quẽ dabãt ei mulieres pſallẽtes de ꝑcuſſiõe philiſti norũ di. Saul percuſſit mil le/ ꝛ dauid decẽ milia. Inui/dere cepit ſaul ꝛ perſequebat dauid.i. Reg.xviij. Uidẽtes ſatrape ꝛ principes q̃ daniel eos in honorib9 ſupabat/in/uidebãt ei / q̃rentes occaſio/nẽ cõtra eũ. Dañ.vi. Princi/

menſe diſcūbentiū implerent. Matth. xxij. Liberales debent eſſe religioſi qñ intrant religionē ad dimittendū pauperib9 oīa/nihil ſibi retinētes. Sic eñ chrūs ꝯſuluit iuueni volēti eſſe ꝑfect9 di. Uade et vē. oīa q̄ ha. ⁊ da pau. ⁊ ve. et ſe. me. Mat. xix. Barnabas intrās religionē vēdidit agꝝ ⁊ coꝝ ꝑciū poſuit añ pedes diſcipuloꝝ. Act. iiij. Male ſucceſſit ananie ⁊ zaphire ꝑfatā religionē intrātib9/qui partē ꝑcij ſibi retinuerūt/⁊ partē diſcipulis attulerūt. Act. v. Liberalis dȝ eſſe hō ſi attendat remunerationē liberalitatꝭ. ⁊ punitionē tenacitatis etiā in pn̄ti. Nam qꝛ berzellai ꝑbebat alimenta dauid/ab his q̄ cū eo erāt dixit dauid: Ueni ⁊ requieſcas mecuȝ ſecur9. ij. Reg. xix. Regina ſaba multa attulit ſalomoni: ⁊ ſalomon dedit ei oīa q̄ petijt. iij. Re. x. Juli9 liberaliter recepit paulū ⁊ ſocios/⁊ paulus patrē ei9 egrū reſtituit ſanitati. Actuū 27. Quia viri ſocbot ⁊ phanuel nō fuerūt liberales gedeoni/ab eo grauiter ſunt puniti. Judi. viij. Nabal in maximo ꝑpter tenacitatē ſuā fuit piculo: niſi largitas abigail ſuppleuiſſet. i. Reg. xxv.

## ¶ De loquacitate mulierū. Cap. lxxix.

Loquunt̄ mulieres ſtulte.
Reſpondendo.
Conſulendo.
Reuelando.
Rixando.

1 Oquuntur mulieres aliqñ ſtulte petendo: ⁊ petitionib9 reſpōdēdo. Nā ſara interrogata cur riſiſſet: ſtulte rn̄dit di. Nō riſi Gene. xviij. Stulte loq̄ndo petūt mulieres aliqñ īpoſſibilia fieri. Sicut rachel dicebat iacob: Da mihi liberos: q̄ſi eſſet in ꝑtāte ſua. Geñ. xxx Stulta fuit petitio matris filioꝝ zebedei: ⁊ iō fuit a dn̄o reprobata: qꝛ ꝑ eis petebat quietē añ laborē/ꝑmiū añ curſuȝ/coronā ante victoriā Math. xx. Importuna petitio ancille ⁊ ſtulta/fecit petrū negare chr̄m. mat. 26. Multa ꝟba ſtulta petēdo ⁊ reſpōdendo/anteq̄ chr̄m cognoſceret/dixit illi mulier ſamaritana. Joā. iiij. Loquunt̄ mulieres valde ſtulte aliqñ in cōſilijs per ſe neſcientes: nec a prudentibus volentes addiſcere: ſed ſuo ꝓprio appetitui credere/⁊ ſtultis aliorū conſilijs aſſentire. iō eua ſtulte lo-

cuta eſt ꝯſulendo viro / vt de fructu vetito mādu careet: qꝛ pꝛius legiꝫ locuta fuiſſe cum ſerpēte in ſuggeſtione/ q̄ꝫ deo in oꝛone vel cū viro inſtruen te/vt ab eo reciperet documē tū. Gene.iij. Vxoꝛ aman an/ diēs q̄rimoniā fieri de mar/ docheo/ſtultū dedit viro cō/ ſiliū: ꝛ ille ſtultꝰ credidit / qñ excelſam trabē parari iuſſit. Heſter.v. De hac materia re quire plura de ꝯſilijs malis. Loquuntur aliqñ mulieres ſtulte reuelādo ſecreta eis im poſita q̄ ꝯtinere nō poſſunt. Ideo ſtultū eſt viris reuelare eis ſecreta. Nā vxoꝛ ſampſo/ nis ſtatim qñ ꝑpoſitionē di/ dicit a marito ī dānū eiꝰ alijs reuelauit. Judi.xiiij. Dalila ſciēs vbi erat foꝛtitudo ſam/ ſonis/ſtatim illud retulit ini/ micis. Judi. xvi. Loquunꝫ mulieres ſtulte/ rixādo cū vi/ cinis bonū aliqñ ꝯuertendo in malū. Nā qꝛ dauid ſctūs ex magna deuotione ſaltaue/ rat coꝛā archa/vxoꝛ eiꝰ yroni ce/ ꝛ quaſi conuiciādo dixit. Quā gl'ioſus factꝰ eſt rex ꝛc. ij. Reg.vi. Turpiter ꝛ cū con uitijs rixabanꝫ due mulieres coꝛā ſalomone ꝑ filio viuo ꝛ moꝛtuo. iij. Reg. iij. Ancilla ſare iuſte repꝛehēſa ab ea: ri/ xando dixit: Ampliꝰ nō vide amus ꝛc. Tho.iij. Vxoꝛ tho bie cū rixa ei ꝯuiciādo rñdit: Vana facta ē ſpes tua. ibidē. Vxoꝛ iob ꝯuiciādo dicebat: Benedic deo ꝛ moꝛere. Cui Job ait: quaſi vna ex ſtultis mulierib⁹ locuta es. Job.ij.

¶ De luxuria ꝛ incontinētia. Cap.lxx.

Luxuria ꝛ incontinentia eſt.
Cauſa homicidioꝛum
Odium domeſticoꝛum.
Oꝛigo multoꝛū maloꝛum.
Reatus multarū penarum.

Luxuria cā vel occaſio fuit vel ē ho micidioꝛū ꝛ effuſiōis ſangui nis. Nā ꝑpter violētiā dyne ſichē ꝛ amoꝛ cū habitatoꝛib⁹ ciuitatis ſunt occiſi. Gene. xxxiiij. Occaſione vxoꝛis leui te incredibili vexate luxuria/ multi fuerūt hoīes interfecti Jud.xx. Amon ꝑpter violen tiā ſoꝛoꝛis ſue thamar/ ab ab ſolone in ꝯuiuio fuit occiſus ij. Re.xiij. Dauid ꝑpter pul/ chꝛitudinē berſabee captus/ cū ꝑditiōe homicidiū perpe/ petrauit. ij. Re.xi. Quia iſbo/ ſeth repꝛehēdit abner ꝙ fue/ rat ad ꝯcubinas pr̄is eius in greſſus/ facta eſt indignatio

inter eos ⁊ ambo p⁹ modicū tp̄s ſūt occiſi. ij. Re. iij. et. iiij. Propt' luxuriā herodis/⁊ herodiadiſ fuit ioānes baptiſta neq̄ter decollatus in carcere. Mar. vi. Luxuria nulli parcit: nā domeſtic⁹ et familiarꝭ hoſtis eſt: ideo vero multū timeri debet. Nā virtuoſitate deijcit potentes: ſic deiecit ſampſonē dalila. Judi. xvi. Deprimit ſctītate virētes/ſic depſſit dauid ꝑ berſabee quā lauantē perſpexit. ij. Reg. xi. Decipit ſagacitate prudentes. Sic decept⁹ eſt ſalomō ꝑ mulieres q̄bus adheſit. iij. Re. xi. Diminuit ꝓbitate pollentes. Sic diminuit holofernem propter Judith quā concupiuit. Judit. xij. ⁊. xiij. Deſtruit honeſtate ⁊ etate ſeneſcentes. Sic deſtruxit duos ſenes ꝓpter ſuſannā/⁊ ei⁹ pulchritudinem aſpiciētes. Dañ. xiij. Luxuriā ſequūtur multa mala ⁊ incōmoda eaꝫ ſectantibꝫ: ꝓpter q̄/luxuria viciū ab oībus hoībus/preſertim chriſti famulis deteſtandū eſt. De q̄bꝫ ponim⁹ q̄nqꝫ. Primū eſt diuina idignatio cū ſeueritate. Nā cauſe diluuij videt' eſſe vl' fuiſſe luxuria q꞉ oīs caro corruperat viam ſuā. Jdeo dixit de⁹ ad Noe: Delebo hominē ⁊c. Geñ. vi. Scd̄a eſt diabolica inhabitatio cū poteſtate. Nā q̄ libidini vacāt/habēt ſuꝑ eos poteſtatem demonia. Tho. vi. Ob hāc cām petierūt demonia ītrare ī porcos. i. luxurioſos. Mat. 8. Tertiū ē celeſtꝭ glorie priuatio ex iniquitate. Nā ſi vxorē q̄rentes ſeu ducentes: nō fuerūt digni cena dei: q̄d erit de adulterꝭ ⁊ fornicarijs/⁊ alijs generibꝫ laſciuorū: Lu. xiiij. Quartū eſt tēporalis ſub̄e minoratio cum pauꝑtate. Nam fili⁹ ꝓdigus diſſipauerat ſub̄am viuendo luxurioſe: ⁊ cum ꝯſumpſiſſet oīa/ipſe cepit egere. Luc. xv. Quintū eſt libidinis accenſio ſine ſaturitate. Nā luxuria nō extinguit ardorem libidinis/ſed accēdit: iō d̄r/Cupiebat implere ventrē ſuū. i. concupiſcentiā. ibidē. Luxurioſi grauiter puniunt' a legibꝫ ⁊ a deo. Jdeo cū relatū fuit iude: ꝙ thamar ex adulterio cōcepiſſet ait: Ducite eā ad cōburendā. Gene. xxxviij. Duo ſenes luxurioſi volentes ſuſānam opprimere/a ppl'o ſunt lapidati. Dañ. xiij. Grauiter puniunt' q̄ fornicant' in ſacro loco. Nā tp̄e antiochi tēplū fuit luxuria plenū q̄d ſūmo

deo diſplicuit/ ⁊ eos graui ac cerbitate puniuit. ij. Mach. vi. Mulier in adulterio dep̄ hensa/ mādabaꝛ a moyſe lapi dari. Leuitici. xx.

¶ De maledictione qua de⁹ maledicit. Cap. lxxxi.

Maledicit deus.
Laycis peccantibus.
Clericis male operantibus.
Morā faciens penitentibꝫ.

m Aledicit deus laycos peccantes: et alios ad pctm̄ īducētes. In cui⁹ figura serpēs q̄ ad peccandū euā induxerat/ legiꝛ a dn̄o maledicta. Gē. iij. Sic deteſtatus eſt de⁹ pctm̄: q̄ nō ſolū pctōres: ſed ⁊ alias creaturas in eoꝝ ope maledixit Ideo dixit ade poſt peccatū: Maledicta ſit terra in opere tuo. Gen̄. iij. Et iterū: Terra es: ⁊ in terrā reuerterꝭ. et iteꝝ In ſudore vultus tui veſcerꝭ pane tuo. Pctm̄ homicidij ⁊ effuſionē innocētis ſanguis ſic de⁹ abhorret/ vt eis ſpecialiter maledicat. Sic maledixit cayn ⁊ terrā q̄ ſuſcepit ſanguinē frīs ſui. Gen̄. 4. Ocioſis in ope ⁊ ꝟboſis in lingua de⁹ ſingulꝛ maledixit. In cuius figura maledixit ficulnee cū folijs. i. ꝟboꝝ ſine fructu. Mat. xxi. Terribilis erit illa maledictio ī die iudicij/ cū dn̄s dicet: diſcedite a me maledicti i ignē etn̄ū ⁊c̄. Mat. xxv. Maledicit de⁹ clericis ⁊ ſacerdotibꝫ male oꝑantibꝫ. Et eoꝝ maledictio peioꝛ eſt maledictiōibꝫ ſeculariū. Iō lamentās Hiere. di. Repulit dn̄s altare ſuū: maledixit ſctificatōi ſue. Tre. ij. Sacerdotibꝫ malis loquiꝛ dn̄s ꝑ malachiā di. Maledicā bn̄dictionibꝫ vobis. Mala. ij. Maledictionē tardat de⁹ tanq̄ꝫ miſericors ſepe expectās recōciliationē vł ꝯuerſiōeꝫ pctōris bn̄dictionē aūt feſtine ⁊ liberalꝛ donat. iō de maledictōe dixit Dan̄. oñdēs tarditateꝫ ei⁹. ſtillauit ſup nos maledictio. Dan̄. ix. Q, aūt larg⁹ ſit ad bn̄dicendū / oñdit ſapiēs. Eccī. 39. dicēs: Bn̄dictio illius q̄ſi fluuius inundabit.

¶ De maledictione qua hō maledicit hoī. Cap. lxxxij.

Maledictiones hoīm.
Progenitorum fugienda.
Filiorum cauenda.
Prelatorum timenda.
Malorum deridenda.
Sorte punitorum ferenda.

m Aledictio patris vel matrꝭ mul

tũ timẽda eſt. qꝛ ſic bñdictio firmat domos firmas filiorꝫ: ſic maledictio matris eradicat fundamẽta. Eccli. iij. Jõ timere debẽt filij parẽtes offẽdere ne maledicant ab eis. nã qꝛ offenderat cham Noe oſtendẽs ei⁹ nuditatẽ/ ꝛ eius deridẽs: ipſe ꝛ filij: ꝛ filij filiorum maledictionẽ acerbiſſimã incurrerũt cũ dixit: Maledict⁹ cham ꝛc̃. Geñ. ix. Per locũ a cõtrarijs videri poteſt quantũ timebãt iacob ꝛ eſau maledictionẽ pr̃is/ q̃ ita erãt ꝑ bñdictione ſolliciti. Uñ et iacob dixit matri: Timeo ne pater me⁹ putet me ſibi voluiſſe illudere/ ꝛ inducat ſuꝑ me maledictionẽ ꝑ bñdictione. Gene. xxvij. Quia ſymeon et leui ꝯtra voluntatẽ pr̃is occiderũt ſichẽ: dixit iacob pater eorꝫ: Maledict⁹ ſit furor eorum: qꝛ ꝑtinax: ꝛ indignatio eorꝫ: qꝛ dura. Gene. xlix. Maledicere nõ debẽt filij patrib⁹ vl' matrib⁹ carnalib⁹: nec ſubditi ſpũalib⁹ patrib⁹ vel p̃latiſ Nam qui maledixerit pr̃i vel matri/ morte moriat̃: qđ non ſolũ ꝑ carnali patre vel mr̃e accipit̃: ſed etiã pro prelato ꝛ matre eccl'ia exponit̃. Leui. xx. Arguebãt iudei paulũ dicentes ſummũ ſacerdotẽ dei maledicis: ſꝫ excuſauit ſe dicens: Neſciebã frẽs ꝙ princeps eſſet ſacerdotũ. Act. 23. Maledictio p̃latorꝫ ꝛ excõicatio timenda: ſiue iuſta ſiue iniuſta etiã ſi ſint mali. Nam maledict⁹ erat quẽ balaã maledicebat. Nũ. xxij. Seruare debemus mãdata dei ꝛ eccleſie ne maledictionẽ vel excõicationẽ dei incurramus. Nã multas maledictões dedit moyſes dei trãſgreſſorib⁹ mandatorꝫ. Deut. xxvij. Joſue capta iericho dixit: Maledictus ſit ille q̃ edificat iericho. Joſ. vi. Saul volens ꝑſequi philiſteos imprecat⁹ eſt ppl'o dicẽs: Maledictus qui comederit panẽ vſqꝫ ad veſperas/ donec vlciſcar me de inimicis meis. i. Reg. xiiij Inſtruẽdi ſunt pueri ne derideant ſenes ꝛ p̃latos. Nam pueris deridentib⁹ heliſeum ipſe maledixit: et duo vrſi de ſaltu exierũt ꝛ deuorauerunt eos. iiij. Reg. ij. Maledictio male viuentiũ quib⁹ ex officio nõ incũbit/ timenda ꝛ cauenda nõ eſt. Sic ſichemite int̃ epulas maledicebãt abymelech. Jud. ix. Multi obſtinati q̃nto plura ꝑicula patiunt̃/ pl⁹ maledicũt/ quorꝫ maledictio timẽda nõ eſt. Nam

obſeſſi in turri a iuda maledi cebant ei.ij. Macha.x. Non fuit timēda ſed deſideranda maledictio illa quā phariſei illumiato a dño dederūt/cuȝ maledicētes ei dixerunt: Tu diſcipulus eius ſis: q̄ maledictio dei deſcēdat ſup nos / et maneat ſemp. Joan.ix. Maledicētes alijs ſine cauſa / maledictionib⁹ ⁊ alijs penis grauibus puniunt. Jdeo dicebat Jacob benedicēdo filiū. Qui maledixerit tibi / ſit ille maledictus. Gene.xxvij. Goliath qui maledixit dauid in dijs ſuis/in proximo bello eſt occiſus ab eo.i. Regum.xvij. Sichemite maledicētes abimelech / ſunt ab eo ſimiliter interfecti. Judi.ix. Semei q̄ maledixit dauid fugientē ab abſolone.ij. Reg.xvi. A ſalomone eſt occiſus. iij. Reg.ij.

¶ De matrimonio.
Cap.lxxiij.

Matrimonio iuncti debent
Juris equalitatē. (habere.
Vir iubere ad bonitatem.
Vnus cauere pluralitatem.
Ritus fouere idemptitatem.
Prolis tenere cauſalitatem:
His bonor vere dat dignitatem.
Scire fugere carnalitatem

Matrimonio iuncti vir et mulier / debent inter ſe habere equalitatē. Debet em̄ vxor viro eſſe ſocia: non dña nec ancilla. Ad qd̄ deſignandū / dñs formauit euā de coſta viri: q̄ eſt in medio/nō de capite nec de pede. Gen̄.ij. Quilibet tn̄ ꝯiugū/licȝ eq̄les ſint/debȝ alteri reuereri et obedire: nam ſara obediebat abrae/ vocās eum dn̄m/⁊ ipſe ꝯdeſcēdebat ſare in omib⁹ quib⁹ eū rogauerat. Gen̄.xij.xviij.⁊.xxi. Propter hāc cām.ſ.eq̄litatē ad matrimoniū requirit ꝯſenſus vtriuſq; partis. Jō dixerūt parētes rebecce. Queram⁹ voluntatē puelle. Gen̄.xxiiij. Et nota ꝙ iſta eq̄litas nō eſt ī ſapiētia animi vel corpis pulchritudine: ſed in eq̄tione voluntatū ad bonum. Jdeo aliqn̄ expedit vt vir ſtultus ducat vxorē ſapientē: q: per eā dirigitur ⁊ ſaluat: vt patet in nabal ſtulto ⁊ abigail ſapiētē.i. Reg.xxv. Parētes ipſi⁹ ſare matrimonialē regulā ſibi dātes docuerūt eā diligere maritū: q: dilectio cōis act⁹ eſt: nō dixerūt timere qd̄ eſt ſeruile. Tho.x. Quantū ad actuȝ cōiugalē iudicat apl's eq̄les/

virū ꝛ vxorē di. Mulier non habet poteſtatē ſui corpis: ſ; vir. Silr ꝛ vir nō habet poteſtatē ſui corpis: ſed vxor. i. Cor. vij. Matrimonio iuncti licet in multis debeāt eſſe equales: in agēdis tñ ꝛ in cōſulēdis/ vir debet eſſe caput/ ꝛ mulier virū ſequi. Hoc aūt volēs oñdere deꝰ/ fecit viru; prius/ ꝛ poſtea mulierē de viro formauit. Geñ. ij. Ob hāc cauſam mariti debēt vxores tanq̄ caput mēbra diligere: ſ; ſecreta q̄ ad eū ptinēt q̄ nec alijs vult pandere/ hec vxori caueat reuelare/ eo q͞ mlieres nō ſunt bone ſecretarie. Nā quia ſamſon reuelauit ſecreta vxori/ q̄ parētibꝫ noluit reuelare/ ipſa in dānū ſui alijs reuelauit. Judi. xiiij. Sicut caput p̄ualet oībꝫ mēbris: ſic vir quantū ad vxorē p̄ualet oībus filijs/ videlicet ꝛ ꝯſanguineis alijs. ideo dixit helchana anne vxori ſue. Melior ſum tibi decē filijs. i. Re. i. Sicut mēbra ſeruāt fidelitatē capiti/ ſic vxor viro ſeruare debet. Sic ſuſāna vt fidē thori ſuaret/ expoſuit ſe morti. Dañ. xiij. Matrimonio iūcti debent eſſe vnica vnici/ ꝛ vnicus vnice. Uir eñ vnā ſolā debet habere/ ꝛ ecōuerſo. Ideo dixit deꝰ. Erūt duo in carne vna. Geñ. ij. Ante diluuiū ſolus lamech duos vxores habuit: q̄ duplex poſtea homicidiū ppetrauit. Gene. iiij. In archa Noe tot viros quot vxores iuſſit dñs reſeruari/ vt eēt vnica vnici. Geñ. vij. Querētibꝫ a chr͞o diſcipulis: ſi liceret vxorē dimittere ppter aliquā cauſam ꝛ ducere aliā. Rñdit: Quos deꝰ ꝯiūxit/ hō nō ſepat. Mat. xix. Matrimonio ꝯiuncti nō debēt eſſe diuerſi ritus vel ſecte/ qꝛ vnꝰ aliū ad malū cito faceret declinare. Nā iō ioram fecit malū/ ꝛ ambulauit in vijs achab/ qꝛ filiā eiꝰ duxerat in vxorē. Ex q̄ apparet q͞ multū debet reſpicere ad parētes puelle q̄ ducit vxorē. iij. Re. viij. Propter hāc cām neemias īcrepauit ducētes vxores alienigenas ꝛ v̄berauit. Ne. xiij. Si aūt alter ꝯiugū vult facere malū vel diuerſu; ritū ſequēdo: vel mala alia cōmittēdo/ non debet alter ſeq̄. Jō male ſe excuſabāt mulieres trāſlate in egyptū de idolatria: qꝛ ſic videbāt facere viros ſuos. Hiere. xliiij. Jō filij trāſmigratōis dimiſerūt filias alienigenaſ quas habebāt. i. Eſ. x. Matrimoniū de/

bent ↄtrahere viri ⁊ mulieres nō ad ſacietatē libidinis: ſed ad dei laudē/ ⁊ ad multiplicationē plis. Sic fecit ſara filia raguelis dicēs: Uirū cuꝫ timore tuo/ ⁊ non cū libidine mea ↄſenſi ſuſcipe. Tho. iij. Dixit angelus Thobie: Hij nanqꝫ ꝙ ↄiugiū ita ſuſcipiūt/ vt deū a ſe ⁊ a ſua mēte excludāt/ ⁊ libidini vacēt/ hꝫ ptātē ſup eos demoniuꝫ. Tho. vi. Honeſtiſſimā cauſam ducēdi vxorē expoſuit angelus dicēs: Accipies virginē cū timore dei/ ⁊ amore filiorꝝ magis ꝗꝫ amore libidinis. ibidē Propter hanc cām noui ↄiugati prius deberēt vacare diuino operi ꝗꝫ operi ↄiugali. Sicut thobias ꝙ prima nocte/ ſcđa/ ⁊ tertia docuit vxorē orare anteꝗꝫ cōiungerētur Tho. viij. Ille ꝙ ſe excuſauit a cena qꝛ vxorē duxerat non dixit: habeas me excuſatū/ ſicut fecerūt alij: qꝛ ſtatus eorꝝ qui ducūt vxores/ vt libidini vacēt: ita fortiter eos allicit/ vt eos ſepe retrahat a diuīs. Lu. xiiij. Matrimoniū ī nouo teſtamēto ⁊ veteri deꝰ multipliciter honorauit. Nā ordinē matrimonialē ī paradiſo ↄſtituit/ quādo mulierē homini ſociauit. Gen̄. ij. Deſtruente dn̄o mundū ꝑ aquas diluuij/ ſolos matrimonio coniūctos ſaluauit. ſ. Noe ⁊ vxorē eius/ ⁊ tres filios cū vxoribus eorundē. Gen̄. vij. Matrē ſuā virginē chr̄s voluit deſponſari/ vt ↄtra hereticos (ꝙ dānant matrimoniū/ dicētes ipſum eſſe a diabolo) matrimoniū cōmendaret. Mat. i. Matrimonialibus nuptijs chr̄s cum matre ⁊ diſcipulis voluit intereſſe: et ibi prius manifeſtū miraculū operari/ vt ip̄m mr̄imoniū honorare. Joan. ij. Celeſte ⁊ ſpirituale ↄuiuiū / matrimonialibꝰ nuptijs a dn̄o ſimilat̄. Lu. xiiij. Matrimonio repugnat adulteriū/ quod eſt maximū viciū / ⁊ grauiter punitur a domino/ ⁊ ꝑpter ipſum mala innumerabilia cōmittunt̄. Jō egyptij magis deteſtant̄ adulteriū ꝗꝫ homicidiū. Nam abraā timebat occidi ꝑpter Sarā: vt cum eſſet ſine viro pharao cognoſceret eā. Gen̄. xij. Propter ſarā vxorē abrae flagellauit deus pharaonem plagis maximis. Gen̄. xij. Et abymelech per ſomniū exterruit cōminando. Gen̄. xx. Et adulterio nati/ vt in plurimū. ſūt mali/ quia male nutriunt̄ Nā qui primꝰ blaſphemaſ/

ſe deū legiť/fuit ſpurius: qui poſtea iubente dño/fuit lapidatus. Leui.xxiiij. Dauid ꝓpter adulteriū/homicidiū/et ꝑditionē ꝑpetrauit. Jō filiū abſtulit ei deus. ij. Regū.xij. Herodias vt liberius cū herode/adulterio vacaret: Joānē baptiſtā q̄ eū de hoc vicio arguebat: neq̄ter decollauit. Marci.vi.

¶ De mēdacio Cap.lxxxiiij

Mendacium.
Cōmittit grauē trāſgreſſiōꝫ
Premittit ſepe deceptioneꝫ.
Permittit mortis occaſionē.
Jm mittit mentis ꝑditionē.
Obmittit bonam relationē.
Admittit falſam aſſertionē.
Submittit culpe ꝯfeſſionē.
Et hinc amittit retributōeꝫ.

m Endacium eſt pctm̄ grauiſſimū eo ꝙ veritati/imo deo q̄ eſt veritas ꝛ vita opponiť. Jta nāqꝫ graue ē mētiri qđ iudas grauius eſtimabat mētiri q̄ꝫ fornicari. Jdeo de thamar cuꝫ qua ex pacto fuerat fornicatus/mittēs ei hedū / ꝛ eā non inueniens dixit: Mendatio nō pōt nos arguere. Geñ.38. Propter grauitatē mēdacij nō licet alicui ex quacūqꝫ cā mentiri. licet aliqñ liceat ꝛ expediat ṽitatē tacere. Sic fecit ſamuel dicēs: Ad imolandum dño veni: licet ad aliud principaliter venerat/nihilo min⁹ illud nō ꝓponēs. i. Re. xvi. Mendaces querūt decipere audiētes. Jdeo primū mendaciū fuit a diabolo per ſerpentē prolatū. ſ. nequaqꝫ moriemini: vt hoiem decipiendo traheret ad pctm̄ qđ et fecit. Geñ. iij. Gabaonite callide cogitātes / qm̄ ioſue mēdatio voluerūt decipe: ſed ille bono vſus ꝯſilio pactū initū nō fregit: ſed eos vt meruerant in ſeruitutē redegit. Joſue. ix. Uir dei q̄ p̄dixerat ieroboā deſtructionē altaris a falſo ꝓpheta mēdacio eſt deceptus. iij. Reg. xiij. Mēdaces hoies ſuis mēdacijs hominē ducūt ad mortē: vt patet in p̄cedenti hyſtoria. Ubi vir dei decept⁹ mēdacio/fuit a leone occiſus. Jbidē. Prophete mēdaces ſuaſerūt achab vt iret ad pugnam: vbi ad mortē extitit vulneratus. iij. Reg. xxij. Uerba q̄ dixit iudith holoferni/ duxerūt eum ad mortē turpiſſimā. licet ipa iudith ꝓpter bonā intentionem quā habuit excuſeť. Judith. xi. Peſſimū mēdacium

inuenit aman/vt poſſet interficere mardocheũ. Heſt.iij. Mendaces ſunt multũ homines ad pditiões q̃ vt proditiões ſuas valeãt adimplere pallio mẽdacij eas tegunt. Sic antioch⁹ poſt mẽdacia verba ꝛ pacifica/ciuitatẽ plaga pcuſſit.i.Mach.i. Rũpit antiochus iuramentũ/ ꝛ mãdauit deſtrui muꝝ.i.Mach vi. Alchim⁹ pditorie volens eſſe ſũmus ſacerdos/inde mẽdaciter detrahebat.i.mach.vij. Bachides ꝛ alchim⁹ loquentes mẽdaciter factũ ſtatim aliter puerterũt.i.Mach.vij. Promiſit demetrius ionathe multa/ſi liberatus eſſet q̃ ſe poſtea alienauit ab eo.i.mach.xi. Proditorie triphõ mẽtit⁹ ẽ ſymoni/qñ argẽtũ ꝛ obſides p ionathe liberatiõe recepit/q̃ poſtea ionathã ꝛ filios ei⁹ ĩterfecit.i.Mach.13. Mendaces vt plurimũ ſunt accuſatores aliorũ/ ꝛ relatores nouoꝝ/q̃ ſemp addũt aliqua referẽdo. Sicut occiſo vno de filijs dauid ab abſolone fama accuſatñ ꝛ referentiũ venit q̃ abſolõ oẽs filios regis interfecit.ij.Regũ.xiij. Ab accuſantibus paulũ fuerunt multotiẽs multa dicta mẽdacia.ſcꝫ a q̃ſtuarijs.Act.xvi. Itẽ a quibuſdã atheniẽſibus.Act.xvij. Mendaces peſſimi ſunt teſtes falſi q̃ ſuis mendacijs ꝛ aſſertionibꝫ falſis/multos pditorie ꝛ iniuſte faciũt ɔdẽnari. Sic duo falſi teſtes pducti ɔtra naboth/eũ lapidari fecerunt/ eũ blaſphemaſſe deũ mendaciter aſſerẽtes.iij.Reg.xxi. Deteſtabile mẽdaciũ dixerũt duo iniqui ſenes ɔtra ſuſannã/falſũ teſtimoniũ pferẽtes ꝛ eam accuſantes. Dañ.xiij. Falſum teſtimoniũ dixerũt ɔtra ieſuꝫ qui principibꝫ ſacerdotũ dixerũt.hic dixit poſſuꝫ deſtruere templũ dei ꝛc. Mat.xxvi. Duo falſi teſtes q̃ locuti ſunt ɔtra btm̃ ſtephanũ iniuſte eũ lapidari fecerũt.Act.vij. Mẽdaces ſunt aliqñ pſone/ ꝛ ſpecialiter mulieres excuſando ſe a malis opibꝫ:de q̃bꝫ aliqñ arguunť. Sic excuſauit ſe ſara vxor abrae timore pterrita dicẽs: Non riſi.ꝛ mentita eſt.Geñ.xviij. Multa mẽdacia dixit pharao moyſi ſe excuſando vt dimitteret pplm̃. Exo.viij.ꝛ.x. Os illi⁹ qui mẽtiť occidit animã/ ꝛ aliqñ corpus: ſicut Anania ꝛ ꝫaphira excuſantes ſe mẽdaciter corã petro/dire mortis ſnĩam incurrerũt.Act.v. Mendaciũ

officioſū remuneratū eſt in ꝓ
ſenti/ſed nō in futuro. Sic
mendaciū obſtetricū q̄ dixe/
rūt pharaoni: vt filios iſrael
paruulos nō necaret. Exo.i.
Tgaliter remunerata eſt ra/
ab/q̄ mentita eſt officioſe: vt
exploratores iſrael liberaret.
Joſ.ij. Officioſe mētitus eſt
chuſi ꝓ ſaluatione dauid di/
cēs abſoloni. Sicut fui cuꝫ
patre: ita ero tecū. ij. Re.xvi.
Mentita eſt etiā officioſe il/
la mulier/q̄ nūcios dauid in
puteo ſub velamine abſcōdē
do celauit.ij. Regū.xvij.

¶ De miraculis diuine po/
tentie. Cap.lxxxv.

Miracula fecit deus in
Celo cū corꝑibꝫ ibi ꝯtētorū.
Angelis minorib⁹ more mi/
niſtrorum.
Igneis ardoribus ſepe paſ/
ſiuorum.
Aere tenoribꝫ ꝓduct⁹ vapoꝝ
Aqua que liquorib⁹ ius dat
humidorum.
Terra que cultorib⁹ fructū
dat laborum.
Beſtiarum morſib⁹ atqꝫ iu/
mentorum.
Ex progenitoribus ortu fi/
liorum.
Hominum ſaporibus dedi/
tis ciborum.
Hominum erroribus incor
rigendorum.
Hoīm terroribꝫ exitu belloꝝ
Hominū doloribus carnis
egrotorum. (torū.
Hoīm ſoporibꝫ morti dedi/

m Iracula fa
cit deus in celo ⁊ celeſti
bus corporibꝫ/inter q̄ mira/
cula precipuū fuit ꝓ̇ma crea/
tio/qn̄ deus celuꝫ creauit in
ꝓ̇ncipio: ⁊ poſtea quarto die
ſolē ⁊ lunā ⁊ ſtellas/⁊ ſigna et
tēpora mirabiliter ordinauit
Geneſ.i. Ita fuit mirabilis
mundi creatio ꝙ eius noti/
cia nō potuit: niſi per reuela
tionē haberi. Vn̄ Greg. ſuꝑ
Ezech.omel.i. De preteritis
ꝓphetauit moyſes di. In ꝓ̇n
cipio creauit ⁊c̄. nō ꝙ predixe
rat futura: ſed ꝙ ꝑ̄dixit occul
ta. Hec Greg. Stetit ſol ad
vocē ioſue dicēs: Sol ꝯtra
gabaon nō mouearis. Joſ.x
Valde fuit mirabile ꝙ ad pe
titionē ezechie regis/ſol decē
lineis retroceſſit. iiij. Reg.xx
Stella q̄ mirabiliter in oriē/
te apparuit/magos ad chri/
ſtū adorādū adduxit. Matt.
ij. In paſſione chr̄i facte ſūt
tenebre/ſole mirabiliter ob/
ſcurato. Nā cū luna eſſet.xv.
dierū ⁊ ſol in parte celi oppo

ſitã/ non ſolet ſol naturaliter ecclipſari. Quod miraculuz dionyſius vidẽs in grecia dixit: Aut deus nature vi patiẽ aut mũdi machina diſſolueẽ Math. xxvij. In aſcenſione corpus dñi eſt in celũ mirabiliter eleuatũ. Act. i. Hora tertia factus eſt repẽte de celo ſonus/ ꝛ ſpiritus vehemẽs de celo apl'os illuſtrauit. Act ij. Paulũ miraculoſe lux de celo circũfulſit: ꝛ ipſe voci celeſti celeriter obediuit. Act. ix. Miracula fecit de⁹ in angelis/ ꝛ celeſtibꝫ ſpiritibꝫ: ꝙs tanꝗ̃ miniſtros nr̃os in noſtro miſterio deputauit. Un̄ angeli loth de ſodomis mirabiliter eruerũt. Gen̄. xix. Angelus ad locum flentiũ veniens/ filios iſrael ad penitentiam excitauit. Judi. ij. Helyam fatigatũ in itinere/ angelus aquã ꝛ panẽ ſubcinericiũ miniſtrauit. iij. Regũ. xix Puero territo oſtendit helyſeus currus auxiliantiũ angeloꝝ. iiij. Reg. vi. Reſurgente chr̃o/ angelus dñi de celo deſcendẽs/ ſepulchrũ cuſtodiẽtes exterruit. Mat. xxviij Apl'os in carcere ſub publica cuſtodia poſitos/ nocte angelus dñi liberauit. Actu. v. Liberauit miraculoſe angelus petrũ vinctũ cum cathenis duabꝫ: ꝛ a ſedecim militibus cuſtodiẽtibꝫ eũ. Act. xij. De hac materia q̃re multuz de angelis bonis. Miracula multa fecit deus in quattuor elemẽtis/ ꝛ vt facilius a legentibꝫ miracula p̄dicta valeãt ordinate ꝑquiri/ de quolibet elemento diſtincte ꝛ ſingulariter ꝑcũctemur. Primo nanꝙ deus miracula operatus eſt in elemento ignis/ qñ filios iſrahel in colũna ignis per noctẽ de egyptiaca ſeruitute ꝑduxit. Exod. xiij. Helyas ignẽ ꝯſumẽtẽ holocauſta/ miraculoſe a dño ĩpetrauit. iij. Re. 18. Ad vocẽ helye deſcendit ignis de celo/ ꝛ duos ꝙnquagenarios deuorauit. iiij. Reg. i. Ignis egreſſus a dño ſuꝑ ſodomã ꝛ gomorrã ciuitates ꝛ hoĩes ſubmergẽdo deuaſtauit. Gene. xix. De turribulo ĩpioꝝ ignis egreſſus/ multos ĩcredulos ꝯcremauit. Num̄. xvi. Dignũ memoria fuit illud/ qđ tres pueri ĩ camino ignis ardẽtis laudãtes ꝛ bñdicẽtes deũ/ illeſi ꝛ incolumes ꝑſiſtebãt. Dan̄. iij. Miracula ml'ta fecit de⁹ in aere ꝛ vaporibꝫ exiſtentibꝫ in eodẽ. Nã egreſſos filios iſrl' de egypto/ dñs in colum-

na nubis p diē ꝓtegēda ꝓceſ/
ſit. Exo. 13. Leuauit moyſes
manū in aere/ ⁊ facta ē grādo
q̄lis nunq̄ fuit in terra egy/
pti. Exo. ix. Pugnātib⁹ q̄nq̄
regib⁹ ꝯtra ioſue/ facta ē grā/
do ſic̄ lapides ſup eos. Joſ. x
Orante helya / annis trib⁹ et
mēſib⁹ ſex/ aer pluuiā nō emi
ſit. iij. Reg. xvij. Iterū eo orā
te venit ex aere pluuia ſup ter
rā. iij. Reg. xviij. Pulcrū mi/
raculū oñdit deus trib⁹ diſci
pulis in tranſfiguratiōe eius
qñ loquente dño, eos nubes
lucida obūbrauit. Mat. xvij
Mar. ix. Lu. ix. In aſcēſiōe
dñi chr̄s in nube a diſcipulo
rū oculis eſt ſuſcept⁹. Act. i.
Miracula multa fecit in ele/
mento aque/ qñ firmamentū
fecit in medio aquarū ſupio/
res aquas ab inferiorib⁹ di/
uidēs: ⁊ poſtmodum ex aqua
reptilia ⁊ volatilia in eſſe ꝓdu
cēs/ piſces relinquēs gurgiti
aues in aere collocauit. Geñ
i. Cū deus aquis diluuij te/
geret omnē terrā: Noe cū fi/
lijs ⁊ vxorib⁹/ in archa ſuper
aquas miraculoſe ſaluauit.
Geñ. vij. Satis fuit magnū
miraculū/ q̄ dñs aquas egy/
pti ꝯuertit i ſanguinē. Exo.
vij. Magna valde miracula
opatus eſt qñ mare diuiſit/ ⁊
aque ſtarēt ꝓ muris/ a dextrꝭ
⁊ a ſiniſtris/ donec filij iſrl̕ li/
bere trāſierūt. Exo. xiiij. Per
lignū oſtēſuz ſibi a dño/ moy
ſes amaras aq̄s ſubito dul/
corauit. Exo. xv. Aquā de pe
tra duriſſima ſitiēti pplo de⁹
miraculoſe ꝓduxit. Exo. xvij
ingreſſi filij iſrael in iordane/
aque ſuperiores ſteterūt/ infe
riores vero in mare mortuū
deſcenderūt: ⁊ ſic ipſi p aren/
tē alueū tranſierūt Joſue. iij
Helyas ſuo pallio tangens
aquas iordanis / ipſas diui/
dēs libere ꝑtrāſiuit. iiij. Reg.
ij. Helyſeus dei potētia fecit
illud idē miraculū aquas ior
danis ſil'r diuidēdo. Ibidez.
Fecit idē helyſe⁹ natare fer/
rū grauiſſimū ſup aquas. iiij
Re. vi. Tēpeſtate i mari dño
dormiēte ad ei⁹ imperiū ma/
re quieuit. Mat. viij. Ad pre
ceptū dñi diſcipuli rhete mit
tētes in mari/ plenū magnis
piſcib⁹ extraxerunt. Joā. xxi.
Miracula multa opatus eſt
deus in elemēto terre qñ aīa
lia produxit in ea ⁊ hoīem de
ei⁹ limo/ habita deliberatiōe
ꝓduxit. Geñ. i. ⁊ ij. Grāde et
terribile miraculū fuit/ qñ ter
ra ſe apperuit/ ⁊ dathan ⁊ abi
ron murmurātes / ſubito de/
glutiuit. Num̄. xvi. No fuit

paruũ miraculũ qñ illi de nazareth ira repleti/ precipitare dñm voluerunt/ cũ inter eos ambulans ſe abſcondit. Et ſm Bedã/ terra ⁊ lapides cedentes corpori/ ſuã imaginē tenuerũt impreſſam. Lu. iiij. In paſſione dñi terra mota eſt/ ⁊ petre ſciſſe/ ⁊ aperta ſunt lapidea monumenta. Mat. xxvij. Reſurgēte dño factus eſt terre motus cuius timore exterriti ſũt cuſtodes. Mat. xxviij. Paul⁹ ⁊ ſilas dũ eſſēt ĩ carcere terremotus fact⁹ eſt: ⁊ vincula ſũt ſoluta. Act. xvi Miracula fecit deus in animalib⁹ ferocibus ſilueſtrib⁹ ⁊ aliјs q̃mpluribus ꝯtra naturam ipſoꝝ miracula opando. Nã balaã cũ iret ad maledicēdũ pplo dei/ fuit ab aſina quã ſtimulo feriebat redargutus. Nu. xxij. Ad helyã pfugum a facie ieſabelis: corui panes ⁊ carnes quotidie deferebãt. iij. Reg. xvij. Danieli poſito in lacu leonũ. Leones miram manſuetudinē ei oſtenderũt. Dañ. vi. ⁊ xiiij. Piſcis q̇ ionã naufragũ deuorauit p triduũ ipm ꝯſeruauit incolumen/ ipm poſt triduũ liberũ ĩ littore euomēdo. Joñ. i. ⁊ ij. Miracula multa de⁹ opatus eſt in hoib⁹: ⁊ hoc multipliciter/ ſm multiplicē ſtatũ hominum/ in quib⁹ eſt miracula opat⁹. Et primo in natiuitatib⁹ miraculoſe hoies pducēs. Sic miraculoſe nat⁹ eſt iſaac p repromiſſionē a dño reuelatã. Geñ. xxi. Sampſõ miraculoſe ꝯcipit dũ ei⁹ conceptus parentib⁹ ab angelo nunciat. Jud. xiij. Fili⁹ mulieris ſunamitis fuit a dño p helyſeũ p̃cib⁹ impetrat⁹. iiij. Re. iiij. Angelus dñi q̇ apparuit zacharie/ Joannē naſciturum miraculoſe nũciauit. Lu. j. Piũ ⁊ dulce valde miraculũ/ q̄ chr̄s ⁊ deus ⁊ hõ eſt ꝯceptus ⁊ natus de virgine/ ad qđ quidē miraculũ annunciandũ: Joãnes in vtero matris exultauit. Luce. i. Miracula fecit de⁹ in hoib⁹ eos cibis ⁊ potib⁹ nutriēdo ⁊ alia que ad vitã corpis/ pertinent largiēdo. Ideo de⁹ vniuerſorũ lignoꝝ fruct⁹ hoĩ in paradiſo tradidit ad veſcendũ: et lignũ vite in medio paradiſi/ vt pomũ vetitum derelinquēs/ ⁊ fructũ non comedēs ligni vite/ viueret ineternũ. Geñ. ij. Dedit dñs pplo coturnices ⁊ mãna ad mãducandũ/ ⁊ aquã ſilr adbibēdũ. Exo. xvi. ⁊ xvij. Miſit deus carnes in abundancia filiјs

iſrl'flagrãtibꝫ i deſerto. Nu. xi. Quadraginta ãnis adduxit de⁹ filios iſrl' ꝑ deſertũ: et nõ ſunt attrita veſtimẽta eorũ/nec calceamẽta eoꝝ vetuſtate ꝯſumpta. Deu. viij. Preparauit dñs cibũ eſuriẽti helye ꝑ viduã ſareptanã/ cui farina idrie nõ defecit/nec lechitus olei eſt diminut⁹. 4. Re. xvij. Per heliſeũ augmẽtauit dñs oleũ/in ſubſidiũ mulierẜ debitis obligate. iiij. Re. iiij. Deficiente vino in nuptijs/ aquã in vinũ ꝯuertẽs/primũ miraculũ ẽ dñs opat⁹. Joã. ij. De paucis panibꝫ ⁊ piſcibus/ſaluator multa milia populi duabꝫ vicibus ſatiauit/ ⁊ multas fragmentorum reliquias q̃ ſuperauerãt apl'i collegerũt. Mat. xiiij. Mar. vi. Joan. vi. Lu. ix. Miracula multa opatus eſt dñs in oibꝫ pctõribꝫ eos diuinis miraculis corrigẽdo ⁊ puniẽdo. Nã qꝛ oĩs caro corrupat viã ſuã: hoĩes aqua diluuij ĩundatione purgauit. Gen. vij. Pctm̃ ſupbie turrim edificãtiũ / de⁹ linguarũ cõfuſione puniuit. Gen. xi. Propter punitionez chore ⁊ cõplicũ ei⁹/fuerũt multa mirabilia ppetrata. Nũ. 16 ⁊. xvij. Propter duriciã pharaonis nolẽtis dimittere populũ/multa miracl'a facta ſũt Exo. vij. ⁊. viij. Propt' archã captã/puniẽs dñs philiſteoſ multa eſt miracula opatus. i. Reg. iiij. v. ⁊. vi. Exercitũ regis ſyrie neq̃ter opantẽ / dñs cecitate ꝑcuſſit. iiij. Reg. vi. Heliodorus volẽs expoliare tẽplũ: miraculoſe fuit acriter verberat⁹. ij. Macha. iij. In figura hoĩm ſine fructu bonoꝝ operũ. Maledixit dñs ficulnee ⁊ fuit ſubito arefacta Mar. xi. Elimã magũ reſiſtentẽ aplis/paulus priuauit lumine oculoꝝ. Act. xiij. Cũ quidã in noĩe dñi ⁊ pauli: deriſiue demonẽ adiurarẽt: ipẽ ĩſiluit ꝯtra eos. Act. xix. Miracula plura fecit de⁹ ĩ hoĩbꝫ bellis ⁊ terroribꝫ vexatis / ab alijs eos defendẽdo miraculis ⁊ alios opprimẽdo. Nam poſt ſeptẽ circũitus/muri hiericho funditus corruerunt. Joſ. vi. Jonathas ⁊ armiger eius percuſſerũt tot hoĩes ꝙ factũ eſt miraculũ: ⁊ turbata ſt' caſtra. i. Re. xiiij. Magnũ fuit miraculũ / ꝙ dauid philiſteũ in funda ⁊ lapide ſupauit. i. Reg. xvij. Obſidẽte hieruſalẽ rege ſennacherib centum octoginta quinqꝫ milia hoĩm ſunt percuſſi. iiij. Reg. xix. Aduerſarij ioſaphat in ſe

ipſos ꝯuerſi/mutuis ſe vulneribus ꝯciderunt.ij. Para.xx. Propter auxiliū datū a dn̄o/ ſex milia hoīm/ centūuiginti milia hoim pierūt.ij. Mach viij. Miracula fecit deus in hoībus dolentibꝫ ⁊ infirmis q̄cunq̄ fuerint īfirmitate detēti. In cuiꝰ figura ꝑcuſſi ſūt filij iſrł ſerpentibꝫ ꝑ ſerpentē eneū(qui chriſtū ſine veneno peccati/peccatoribꝫ ſimilē figurabat)ſunt a doloribꝫ liberati. Nu.xxi. Heliſeꝰ naamā leproſuꝫ in iordanis flumine ſeptena lotione ſaluauit. iiij. Re.v. Thobias q̄tuor ānis cecꝰ/felle piſcis miraculoſe ē per angelū liberatꝰ. Tho.xi. Chr̄s multos egros ſanauit a varijs ⁊ diuerſis lāguoribꝫ Nā duos leproſos curauit: vnū demoniacū:decē leproſos cum ingrederet̄ quoddā caſtellum: de quibus vnꝰ ſolus reuerſuſ dedit laudē deo Lu.xvij. Demoniacos octo chriſtus liberauit: de duobꝰ dicit̄ Mat.viij.de tertio Luce.iiij.de quarto Mat.xij.de quinto Mathei.xv de ſexto Mat.xvij. de ſeptio Mar.ix de octauo Lu.xi. Itē ſurdoſ fecit audire et mutos loqui. Mar.vij. De magdalena legit̄ eieciſſe ſeptē demonia.i. ſeptē pctā mortalia. Marci. vlti. Similr̄ vndecim infirmos ſanauit.ſ. ſocrū petri a febribꝫ. Mat.viij. Paraliticū iacentē in lecto. Mat.ix. Paraliticū ꝑ tectū demiſſuꝫ. Mar.ij. Idropicū. Lu.xiiij Habentē manū aridā. Mar.iij. Lāguidū ad piſcinā.ioā.v. Incuruatā mulierē. Lu.13 Seruū cēturiōis. Mat.viij Filiū reguli q̄ īcipiebat mori Ioā.iiij. Mulierē fluxū ſanguinis patiētē. mat.ix.mar.v. Et malchū ſeruū ꝓncipis ſacerdotū/cui petrꝰ auriculā amputauit. Lu.22. Petrꝰ ſanauit claudū. Act.iij. Et paralyticū iacentē ī lecto. Act.ix. Umbra petri ſanauit īfirmos. Act.v. Et philippo p̄dicāte mł'ti ſanati ſūt. Act.8 In ciuitate liſtrꝭ paulꝰ claudū ex vtero matris ſanauit. Act.xiiij. Puellā a ſpū phitonico liberauit. Act.xvi. Sudaria ⁊ veſtes pauli lāguores curabāt. Act.xix. Ipſe etiaꝫ patrē publij febribꝫ ⁊ diſſenteria laborātē:facta orone ſanauit. Act.28. Miracula facta ſunt virtute diuina ſuper hoībus mortuis eos ſuſcitādo. Sic helyas filiū mulierꝭ matriſfamilias eiꝰ hoſpitē a mortuis ſuſcitauit.3. Re.17.

heliſeus filiū ſunamitꝫ ſuſci-
tauit a mortuis quē ei ſuis ꝑ
cibus impetrauit. iiij. Re.iiij
Oſſa defuncti cadaueris tā-
gēs ipſiꝰ heliſei defūctꝰ ꝓtinꝰ
exurrexit.iiij. Re.13. Salua-
tor nr̄ tres mortuos ſuſcita-
uit/ſcꝫ filiā archiſynagogi in
domo pr̄is. Math.ix. Mar.
v. Filiū vidue extra portā de
latū. Lu.vij. Et lazarū qua-
driduanū mortuū in monu-
mento fetidū. Joā.xi. Jn paſ
ſione dn̄i inter alia ſigna mi-
raculoꝝ multa corpa ſctōꝝ
ſurrexerūt. Mat.xxvij. Jpſe
etiā ſaluator mirabiliter ſur-
rexit a mortuis/ianuis clau-
ſis diſciplis apparēdo. Joā.
xx. Petrus vocauit thabitā
mortuā / ꝛ illa apperuit ocu-
los ꝛ rn̄dit. Act.ix. Cū pau-
lus ꝑdicaret cecidit de fene-
ſtra tertij cenaculi adoleſcēs/
et ſubleuatꝰ eſt mortuus / ad
quē deſcēdens paulus / ꝛ euꝫ
in noīe dn̄i ſuſcitauit. Act.xx

¶De morte in cōmuni.
Cap. lxxxvi.
Mors.

Ex pctō in orbem introiuit.
Uite carnis deditus timet
homo dum viuit.
Sed virtute preditus ipſuꝫ
exquiſiuit.
Quam preſſure deditus val-
de concupiuit.

m Ortis ſen
tentiā hō ꝑ pctm̄ in-
currit: qꝛ diabolus motꝰ iui-
dia mortē procurauit. Jnui-
dia eñ diaboli mors introi-
uit in orbē terrarū. Sap.ij.
Nō ſolū ſm corpus: ſed ſm
aīam hō morit ꝑ pctm̄. Nā
dictum fuit hoī a deo: Qua-
cunqꝫ hora comederitꝫ ꝛ mā
datū hoc tranſgreſſi fueritis:
morte moriemini. Gen̄.ij. Jō
longa vita videbat eſſe mer-
ces cuſtodie legis: vnde lon
geuo viuetꝫ tpe. Deut.v. Ob
hāc cām ob memoriā ꝙ pr̄es
nr̄i peccauerūt/ꝛ mortē incur
rerēt pꝰ deſtructōꝫ vite/cuiuſli
bet an̄ diluuiū dī/ꝛ mortuus
eſt. Gen̄.v. Mors timenda ē
ſm carnē cū ſit finis oīm ter-
ribiliū. Nō eñ pr̄es antiqui
mortē timebāt ex ratiōe hor-
ribilitatis eiꝰ: tm̄ qꝛ nō potu
erunt celū aſcēdere donec ſal
uator veniret / ꝛ qui aperiret
ianuā paradiſi. Jdeo loth ti-
muit mōtē aſcēdere ne forte
apprehēderet eū malū ꝛ mo-
reret. Gen̄.xix. Quāuis moy
ſes ſeruus dn̄i / vellet dn̄o in
oībus obedire: tm̄ vidert ꝙ li-
bēter plus vixiſſet ſi dn̄s vo

luiſſet. Uñ di. Irat⁹ eſt dñs cōtra me ꝛc. Ecce moriar in hac humo. Deu.iiij. Ezechias bon⁹ ꝛ iuſtus audita mortis ſnia ab eſaia ꝓpħa/lachrimabili oratiōe ꝛ pro ꝓlongatiōe vite dñm exorauit. Eſa. xxxviij. Hieremias ſedechiā rogauit/ne eū occideret/ꝛ ſilr ne in carcere moreret᷑. Hiere. xxxviij. Ante aduentū ſpūſ‑ ſctī apl'i mortē timebāt. Naz omnes fugerūt. Mat.xxvi. Mors bona ꝛ in bono ſtatu hoīs appetēda eſt. Uñ aliqñ mali deſiderāt bene mori: ſic ait balaam. Moriat᷑ aīa mea morte iuſtoꝝ. Nu.xxiij. Thobias iuſtus deſiderabat mortē di. Precipe in pace deponi ſpm̄ meum. Tho.iij. Apl'i ſic ſūt poſt aduentū ſpūſſctī ꝯfirmati vt mortē ꝛ verbera nō timerent. Quia ibāt apl'i gaudētes a ꝯſpectu ꝯcilij ꝛc. Act.v. Deſiderabat paulus mortē cū dicebat: Nō ſolum ligari ſed ꝛ mori. Act.xxi. Et alibi Si dignū morte aliq̄d feci/nō recuſo mori. Act.xxv Et/Cupio diſſolui ꝛ eſſe cuꝫ chrīo. ad Philip.i. Mortem deſiderant hoīes cū aliquas graues ſuſtinent paſſiōes/vt ab eis citi⁹ eruant᷑. Sic helyas ſedēs ſub iunipero quē ꝑſequebat᷑ ieſabel/petijt vt moreret᷑.iij.Re.xix. Poſt ꝯtumeliā ab ancilla receptā ſara di. Peto dñe vt de vinculo īproperij hui⁹ eripias me. Tho. iij. Poſt mortē crucis quam ſaluator nr̄ ſuſtinuit/oñdit ꝙ nō ſolū mortē/ ſꝫ oē gen⁹ tribulatiōis ꝛ mortis chrian⁹ debet ſuſtinere libēter. Mat. xxvij. Quāuis paul⁹ vitaret inſidias/ꝛ de ciuitate in ciuitatē fugeret ꝑſeq̄ntes/non timore mortis hec fecit/ſed furori cedēs / vt exēplū ꝓberet/ ꝛ ſe vtilitati plurimoꝝ reſeruaret. Act.per totum.

¶ De morte horrēda maloꝝ. Cap.lxxxvij.

Morte horribili moriunt᷑.
- Homicide.
- Tiranni.
- Luxurioſi.
- Nequitioſi.
- Sacrilegi.
- Parētes negligentes.
- Mali ꝯſiliarij.

m Orte horrēda moriunt᷑ homicide alioruꝫ ſanguinē effundētes. Sic cayn qui fratrē ſuum occidit/fuit a lamech poſtea interfect⁹/ꝛ miſerabil'r mortu⁹ eſt. Geñ.iiij.

Pharao q̄ ſubmergi fecerat pueros hebreoꝝ in mari/cuꝫ exercitu ſuo eſt ſubmerſus. Exo. xiiij. Adonibeſeth qui manuū ſūmitates ꝛ pedū p̄/ciderat alijs.ſilr ipſe ē p̄ciſus Judi.i. Zebee ꝛ ſalmana qui frēs occiderant gedeonis: a gedeone ſilr ſūt occiſi. Jud.8 Abymelech qui ſeptuaginta fratres occiderat ſup lapidē/ fuit ab vna femina ꝑcuſſus ꝛ occiſus. Judi.ix. Adoleſcēs q̄ ſe dixerat ſaul occidiſſe fuit dauid iuſſionib⁹ interfectus. ij. Re.i. Latrones q̄ occide/rūt iſboſeth/fuerūt a dauid i terempti cui crediderūt place re.ij. Re.iiij. Joab q̄ duos vi ros ꝓditorie occiderat: fuit ſalomonis īperio interfectus iij. Reg.ij. Zābri q̄ occidit he lā regē ſuū poſt.viij.dies in ꝓ prio palatio ſe combuſſit.iij. Reg.xvi. Achab q̄ iniuſte fe/cit lapidari Naboth: canes eius ſanguinē potauerūt.iij. Reg.xxij. Jeſabel homicidā iehu mandauit precipitari/ꝛ equoꝝ pedib⁹ cōculcari.iiij. Re.ix. Athalia q̄ oē ſemē re/giū extirpauerat:ꝛ ipſa valde turpiter eſt extincta.iiij. Reg xi. Adronicus eodē loco oc/cubuit occiſus/vbi onyā fe/cerat trucidari.ij. Mach.iiij.

Morte horrēda moriuntur/ q̄ alios opprimere delectant iniuſte:nam ziȝara tyrannus crudelis ꝑ manū femine cla/uo ꝛ malleo eſt ꝯfoſſus. Jud. iiij. Saul q̄ ſic inique ꝑſecu/tus eſt dauid/ſeipſum ꝓprio gladio interfecit.i. Reg.xxxi. Jmpi⁹ benadab a ſeruo ſuo Azahele fuit dei iudicio iu/gulatus.iij. Reg.xx. Joas ty rānus ingratus/qui fecerat zachariā lapidari.ij. Paral. xxiiij. fuit a ſeruis ꝓprijs in teremptus. iiij. Reg.xij. Ho/lofernes qui multa vaſtaue/rat fuit per manū femine ca/pite detruncat⁹. Judith.xiij. Superb⁹ tyrann⁹ aman qui ſe fecerat adorari/fuit ſuſpen ſus patibulo/ qd̄ fecerat mar docheo. Heſt.vij. Antioch⁹ q̄ multorū viſcera euulſit: eſt dolore viſcerū interempt⁹.ij. Mach.ix. Jaſon q̄ frēm iu/de captiuauerat/ꝛ multos ex pulerat:peregre eſt mortu⁹ ꝛ nō ſepult⁹.ij.mach.v. Mor/te horrēda moriunt luxurioſi ꝛ maxime q̄ deſeruiūt horrē/de luxurie. Nā qꝛ oīs caro in luxuria corrupat viā ſuā:miſ ſe ſunt aque diluuij. ex q̄bus ſūt mortui oēs hoīes ſup ter rā. Gen̄.vij. Sup ſodomam pluit dn̄s ſulphur ꝛ ignē/et

ſubuertit nephariaſ ciuitateſ Ge.xix. Filij beniamin q̄ vxorē leuite turpiter deluſerunt: etiā crudeliter ſunt deſtructi. Iud.xx. Amon q̄ ſororē ſuā oppreſſerat ab abſolone ī cōuiuio eſt occiſus. ij.Reg.xiij De hac materia reqre.ca.de luxuria. Morte turpiſſima moriunt̄ q̄ deū offendūt neq̄ter. Nā nadab ⁊ abiu ignem alienū ꝯ dei volūtatē offerentes: ſūt ab ignis icendio cremati. Leui.x. Blaſphem⁹ q̄ nomen dn̄i blaſphemauit: a ppl'o lapidat⁹ eſt. Leui.xxiiij. Chore datā ⁊ abyron q̄ ꝯtra deū ⁊ moyſen inſurgebāt: abſorbuit terra viuos. Nu.xvij Golyā ſupbū ⁊ deū blaſphemantē: dauid ꝑprio gladio eū interfecit.i.Re.xvij. Sennacherib blaſphemāſ deū p⁹ fugā a ꝑprijs filijs occiſus ē iiij.Re.xix. Sedechiaſ rebellis deo/vidit occidi filios ſuos ante ſe: ⁊ ipſe malo exitu clauſit vitā ſuā.iiij.Reg.xxv. Alchim⁹ dei aduerſari⁹ ꝑcuſſus eſt paraliſi grauiſſima: ⁊ mortu⁹ cū tormēto.i.Mach ix. Herodes qui ſibi diuinas vſurpauit laudes / ꝑcuſſus a vermib⁹ expirauit. Actu.xij. Morte horrēda moriunt̄ ſacrilegi ⁊ raptoreſ. Nā achior q̄ tulit d̄ anathemate ierichodiuino iudicio fuit lapidat⁹ a ppl'o. Ioſ.vij. Liſimach⁹ ſacrilegus digne iuxta oratoriū ē occiſus. ij.Mach.iiij. Sacrileg⁹ menelaus de turri altiſſima fuit ꝑcipitatus. ij Mach.xiij. Anania ⁊ ſaphira fraudātes de ꝑcio agri qd̄ iā erat deo deditū: dei iudicio morte ſubitanea ſūt ꝑempti. Act.v. Morte horrenda moriunt̄ parētes q̄ nō corrigunt filios ſuos deliquētes: ⁊ filij parentib⁹ ſpūalib⁹ non obediētes / vel eos in ſuis ſenectutib⁹ deridētes. Nam qz heli nō correxit filios de eoꝝ ſcelerib⁹: d̄ ſella cecidit fract⁹ ceruicib⁹ expirauit. i.Re.ij.⁊ iiij. Silr̄ ⁊ ei⁹ filij duo ei nō obediētes/ī bello mortui ſūt. i.Re.4. Abſalō n̄ ſolū n̄ obediens. ſed ꝑſequēs patrē ſuū dauid capillis adherēs quercui/ fuit lācea ꝑforat⁹.ij.Re. xviij. Pueri male nutriti q̄ deriſerūt heliſeū: ab vrſis ſunt dei iudicio deuorati.4.Re.2 Virū q̄ noluit credere helyſeo ꝯculcauit turba in ciuitatis exitu.iiij.Re.vij. Balthaſar qui non fuit exemplo patris correptus / poſt manus ſcribentis ad parietē/fuit eadē nocte penaliter interfect⁹. Daniel.v. Morte horrenda moriunt̄ cōſiliarij male ſua-

dētes/mala ⁊ falſa teſtificantes. Nā achitofel q̄ ꝯtra dauid dedit malū ꝯſiliū: laqueo ſeipm̄ ſuſpēdit. ij. Regū. xvij. Siba q̄ cōmouit pplm̄ ꝯtra dauid fugiēs i abela/fuit decapitat⁹. ij. Reg. xx. Falſi accuſatores danielis/ fuerūt a leonib⁹ deuorati. dañ. 6. ⁊. 14 Teſtes falſi deꝑhēſi a puero/ daniele. iuſte a pplo ſūt occiſi. Dañ. xiij.

¶ De morte precioſa iuſtorū. Cap. lxxviij.

Morte precioſa moriuntur
Uiuētes innocēter.
Pacienter
Decenter.
Sapienter.

Morte precioſa moriunt̄ martyres qui p eoꝝ īnocētia/ vel p iuſticia vel fide/ ſuſtinēt paſſiōes. Sic abel īnocēter eſt a cayn īterfect⁹. Geñ. iiij. Miſerūt impij lapides in zachariā filiū ioiade/⁊ eū martyrez fecerūt. ij. Para. xxiiij. Ait iudas: Si appropinquit tp̄s nrm̄ moriamur nos in ꝟtute pro fratrib⁹ nr̄is. i. Mach. ix Poſt tormēta mortu⁹ eſt eleazarus: exemplū ꝯfortationis derelinqns. ij. Mach. vi. Septē frēs cū pia eoꝝ matre morientes p legib⁹: exēpla ſil'r relinquerūt. ij. Mach. vij. Pro virtute ⁊ honeſtate fuit ioannes baptiſta ꝑpter herodiadē decollat⁹. Mar. vi. Stephan⁹ plen⁹ ſpūſctō Jeſum vidit/ qñ fuit a ꝑſecutoribus lapidatus. Act. vij. De hac morte loquit̄ ſctūs Aug. lib. iiij. de ciui. dei: di. q̄ de⁹ tantā fidei ꝯtulit gratiā: vt mors q̄ vite ꝯtraria ꝯſtat eſſe, inſtrumentū fieret/ p qd̄ trāſiret̄ ad vitā. Morte ꝑcioſa moriunt̄ hoies tribulati ſuas tribulatiōes patiēter/ ⁊ ſine murmure tolerātes: Jō iob in ablatiōe rerū/ ꝑditiōe filiorū/ ⁊ infirmitate corporis / ſic ꝑtulit patiēter/ vt i his oīb⁹ nō peccaret. Uixit poſt flagella. cxl. annis. ⁊ vidit filios ſuos: et filios filioꝝ ſuoꝝ vſq̄ i quartā gn̄ationē: ⁊ mortu⁹ eſt ſenex. Job. xlij. Lazar⁹ paup ⁊ plenus vlcerib⁹ mortu⁹: in ſinū abrae ab angelis eſt portatus. Lu. 16. Qualitercūq̄ vixerit latro q̄ pependit a dextris: q2 penā crucis patiēter ſuſtinuit di. Nos digna fact⁹ recipim⁹: eſt feliciter mortu⁹ Lu. xxiij. Saluator nr̄ poſt multas tribulatiōes moriēs/ prī feliciter cōmēdauit ſpm̄.

Ioã.xix. Et ita oportuit pati chrim. ⁊ ſic in gloriã introire. Luc.xxiiij. Morte precioſa moriunt hoies q̃ in mundo bñ vixerũt. Nã ille nõ poteſt feliciter mori niſi q̃ feliciter vixit. Quia ſm aug. Mala mors nõ eſt putãda quam bona vita preceſſit. Sic ambulauit enoch cum deo: ſic ⁊ tulit eũ deus. Geñ.v. Abraã mortuus eſt in ſenectute bona/pfecte etat. Geñ.xxv. Cõpleti ſunt dies iſaac.clxxx.annis q̃ cõſumptus etate mortuus eſt. Gene.xxxv. Aaron cũ expoliaſſet ſe/ veſtẽ induit Eleazar ⁊ obijt. Numeri.xx. Mortuus eſt ſeru⁹ dñi moyſes iubẽte deo/ ⁊ eũ dñs ſepeliuit. Deut.xxxiiij. Currus ⁊ equi ignei diuiſerunt helyã ab helyſeo/helyã feliciter aſſumentes.iiij.Reg.ij. Morte p̃cioſa moriunt hoies q̃ cũ bona cognitiõe decedũt / ⁊ eoꝝ familias inſtruentes. Sicut iacob finita ĩſtructiõe filioꝝ/ collegit pedes ſupra lectũ et obijt. Geñ.xlix. Cũ inſtruxiſſet Ioſeph fratres ꝙ ei⁹ oſſa aſportarẽt / qñ egrederent de egypto ad terrã pmiſſionis/ mortuus eſt in pace. Geñ.l. Dauid poſt inſtructionẽ filij ⁊ facta oratiõe: in bona obijt ſenectute.i.Paral.xxix.⁊.iij. Re.ij. Poſt ammonitionẽ filij ⁊ nepotũ / dixit thobias: Prope ẽ interit⁹ me⁹. Tho.xiiij. Matathias poſt bñdictionẽ filioꝝ ſuoꝝ / appoſit⁹ eſt ad p̃res ſuos.i.Mach.ij.

¶ De multitudine malorũ. Caplm.lxxix.

Multoplures ſunt.
Pctõres ⁊ dãnati q̃ ſaluati
Luxurioſi q̃ caſti.
Infideles q̃ fideles.
Cõtra iuſticiã q̃ p iuſtitia.

m Ulto plures ſunt damnati ⁊ filij diaboli q̃ filij dei In cuius figura plures fuerunt filij iſmahelite q̃ filij. Iſaac. Geñ.xxv. Sexcenta tria milia viroꝝ q̃ngẽti q̃nq̃ginta numerati ſunt. Nũ.i. De quib⁹ ſoli duo Caleph et ioſue terrã pmiſſiõis intrauerunt. In cuius figura maior pars filioꝝ iſrl erãt ſamarie. q: decẽ tribus. minor aũt in regno hierlm.ſ.ſole due.iij. Re.xij. Multoplures ſũt luxurioſi ⁊ carnales q̃ honeſti ⁊ caſti. Nã tpe diluuij ſolum octo inuenti ſunt honeſti.ſcȝ noe ⁊ vxor eius/ ⁊ tres filij et vxores filioꝝ ei⁹. oĩs alia caro corruperat viã ſuã. Geñ.

Q

vi. In cuiꝰ figura abraā plures filios habuit de cetbura q̄ǳ d̄ zara. Gen̄.xxv. In q̄nqǳ ciuitatibꝫ ſodomoꝝ nō ſunt inuenti decē viri boni q̄ carnis vitio ꝯtaminati nō eſſēt. cū eſſet luxurioſorū maxima multitudo. Gen̄.xviij. Multoplures ſunt hoïes īfideles q̄ǳ fideles deo tp̄alibꝫ dn̄is ꝛ p̄latis/fratribꝫ ꝛ amicis. Nā inter frēs ioſeph q̄ erāt vndecim: duo ſolū fuerūt eū liberare volentes. ceteri ꝓcurantes eius mortē. Gen̄.xxxvij. Moyſes miſit exploratores duodecim ad terrā ꝓmiſſionis: ſed tm̄ duo Joſue ꝛ Caleph fideliter ꝑegerūt. Num̄. xiij. Plures erāt cū abſoloni regnum p̄ris ſibi iniuſte vſurpante: q̄ǳ cū dauid iuſte ꝛ rationabil'r regnāte. ij. Re.xv. Cum in hierl'm eſſet maxima multitudo q̄ clamaret dimitti barrabā ꝛ dn̄m crucifigi: nō eſt inuētus vnus fidelis q̄ peteret dn̄ʒ relaxari ꝛ dimitti Joā. 19. Quidā iudei dixerūt rome paulo. Notū eſt nobis ꝙ vbiqǳ chr̄ianorū ſecte contradicit̄. Act.xxviij. Multo plures ſunt hoïes bellantes contra iuſticiā pro tyrannis/ q̄ǳ pugnādo pro iuſticia/ defendēdo oppreſſos. Nā tantus erat exercitus bellatorū ſyrie cōtra iſrael/ ꝙ puluis ſamarie nō ſufficeret ſuis eq̄s. iij. Re.xx. Tantus erat exercitus Holofernis vt ſicut locuſte terrā cooperirēt. Judith. ij. Nō remanſerūt cū Juda niſi octingenti viri / ꝛ in exercitu bachidis ꝛ alchimi ꝓditoris: viginti milia hoïm pugnatorū. i. Macha.ix.

¶ De obediētia ꝛ ſubiectōe. Cap. nonageſimū.

Obedire debet homo deo:
Non gentibus ei oppoſitis.
Preſidentibus ſibi ꝓpoſitis
Parentibus niſi pactis ſalutis oppoſitis.
Factis patētibꝫ atqǳ ꝯpoſit̄
Non differentibus modis propoſitis.
Magna iubentibus ſibi repoſitis.
Ad plenū ſic̄ decet viatorījs
Nō obſeq̄ntibꝫ mal' expoſit̄.

O Bedire debemꝰ deo magis q̄ǳ hominibꝰ qui nobis precipiūt ꝯtraria ad ſalutē. Vn̄ Mathathias dixit nuncio regis antiochi. Et ſi oēs obediunt regi antiocho/ ego ꝛ filij mei obediemus deo. i. Mach.ij. Unus illorū ſeptē fratrū qui noluerūt obedire regi: vt car

nes contra preceptũ dñi comederẽt dixit: Parati ſum⁹ mori poti⁹ ꝙ trãſgredi legeȝ dei. ij. Macha. vij. Petrus ⁊ ioãnes principib⁹ ſacerdotum precipiẽtibus ne in nomine Jeſu loquerenť. taliter reſponderũt di. Si iuſtũ eſt vos potius audire ꝙ deum/ iudicate. Act. iiij. Deinde cũ arguerenť a ꝑncipib⁹ dixerũt: Oportet obedire deo magis ꝙ hoib⁹. Act. v. Obedire oportet ꝑlatis/ſiue ipi ſint boni ſiue mali/dũmodo ipſi bona ꝑcipiunt. Ideo dixit chriſtus Sup cathedrã Moyſi ſedebunt ſcribe ⁊ phariſei: omia quecũq3 dixerint vobis facite. Math. xxiij. Cornelius dixit beato Petro/ quẽ dñs prelatũ reliquerat oẽs nos i ꝯſpectu tuo ſum⁹ parati obedire/quecunq3 precepta ſunt tibi a dño. Actu. x. Paulus electus in ſociũ barnabe perambulabat/ ꝯfirmans omes eccl'ias/ ⁊ ꝑcipiẽs obedire ꝑceptis aploꝝ. Act. xv. Obedire debet hõ parentib⁹ ſi nõ precipiãt que diſcrepant ad ſalutẽ. Ideo dicit Paulus: Obedite filij parentib⁹ vr̃is in dño. ad Ephe. vi. Ad col. iij. Sic Joſeph obediuit patri mittẽti eũ ad fratres ſuos quãuis prius accuſaſſet eos/ ex ꝗ timere ſic poterat. Geñ. xxxvij. Sic dauid vnct⁹ in regẽ/ obediuit patri/ fratrib⁹ victualia portãs. j. Reg. xvij. Thobias iunior dixit patri. Omia ꝗ precepiſti faciã pater. Tho. v. Patrinis etiaȝ ꝗ loco patris remanẽt obedire debemus/ ſic Heſter obediuit in oibus mardocheo/ ſicͭ qñ eã paruulã nutriebat. Heſter. ij. Deſcendit puer Jeſus cuȝ Maria ⁊ ioſeph in nazareth ⁊ erat ſub illis. Luce. ij. Obedire debet hõ nõ ſolum lingua ſed opere. Nã magnã obedientiã ꝓmiſerũt filij iſrl' dicẽtes: Oia ꝗ ꝑcipit nobis de⁹ faciem⁹/⁊ erim⁹ obediẽtes: ⁊ ſtatim poſtea ꝯria faciẽtes. Exo. 24. De obediẽtib⁹ ꝟbo ⁊ nõ facto/ ſiue ꝟbo pl⁹ ꝙ facto ꝓponit ſaluator exẽplũ duoꝝ filioꝝ: quoꝝ vn⁹ dixit ſe iterũ ⁊ opatuꝝ in vinea ⁊ nõ iuit. Ali⁹ negauit ⁊ iuit. Mat. xxi. Obediẽdũ eſt prõpte ⁊ nõ ꝑcraſtinandũ. Sic noe ſponte obediuit dño in oib⁹ que ꝑcepit ſibi. Geñ. vij. Ad ꝑlatiões aſſumpti debẽt quantum poſſunt renuere ex hũilitate: ſed ad voluntatem maioris poſtmodũ obedire/ exẽplo moyſi ꝗ quinquies ſe

excuſauit de ducatu ppl'i: et
tñ poſtea humiliter obediuit
Exo.iij.ꝛ.iiij. Filij iſrl' ad p̄-
ceptū dñi prōpte erigebāt tē-
toria/ ꝛ ad ei⁹ imperiū feſtine
ꝛ ſolicite rñdebāt. Num.ix:
Cito ꝛ pfecte obedierunt illi
apl'i q̄ ſtatim relictis rhetib᷒
ſecuti ſūt ſaluatorē. Mat.iiij
Sil'e etiā legit' de Mattheo
q̄ relictis oībus ſecut⁹ eſt eū.
Mat.ix. Lu.v. Paulus au-
diēs vocē Jeſu prōpte rñdit
dicēs Dñe q̄d me vis facere?
vbi patet ꝙ correctio ꝛ caſti-
gatio facit hoīem eē obediētē
ad oīa mādata. Act.ix. Obe-
dire debet hō qñtūcūqꝫ man
det' ſibi difficile. Nā abraam
mādatū circūciſiōis licꝫ eēt
difficile nō diſtulit adiplere.
Gen̄.xvij. Graue erat Abrae
de filij imolatiōe p̄ceptū: qđ
niſi de⁹ aliter ordinaſſet ſine
mora voluiſſet iplere. Gene.
xxij. Hanc āmonitionē fece-
rūt ſerui naamā dicētes: Si
rē grandē dixiſſet tibi pphā/
certe facere debuiſſes. Ubi
patꝫ/ ꝙ ꝯfortatio valet ad ob
ediendū. iiij. Re.v. Mirabi
lē ꝛ difficilē obedientiā iple-
uerūt rechabite nō bibentes
vinū/nec edificabāt domos
in ſempiternū ſicut a p̄re fue
rat impatū. Hier.xxxv. Pre-

dixerat dñs Salomoni ꝙ ſi
ei⁹ p̄cepta ſeruaret in ſempi-
ternū ſup iſrl' thron⁹ ei⁹ eēt.
iij. Reg.ix.ꝛ.ij. Para.vij. Pre
ceptū circūciſiōis lꝫ eſſet diffi
cile: tñ ſaluator nr̄ i ſe voluit
adiplere. Luc.ij. Obediētes
ad plenū victoriā tentationū
in mūdo p mercede recipiūt
ꝛ exaltationeꝫ in celo. Jdeo
dicit ſalomon: Uir obediēs
loquet' victoriā. Prouer.xxi.
Jn cui⁹ rei figura qñcūqꝫ fi-
lij iſrl' de mādato dñi pugna
uerūt: pauci de multis victo
riam habuerūt. Num.xxxi.
Propter hanc cauſam exem
plū obediētie i ſaluatore no-
ſtro pponit apl's dicēs: Fa-
ctus eſt obediēs vſqꝫ ad mor
tem crucis. Et ponit fructū
obediētie ſubſequentē dicēs:
Propter qđ ꝛ deus exaltauit
illū/ ꝛ dedit illi nomen qđ eſt
ſup om̄e nomē. ad Philip.ij.
Obedire nolentes ſed inobe
diētes grauiter puniunt'. Nā
prima precepti tranſgreſſio/
in primis parentibus graui-
ter maledictionib᷒ eſt punita
Gen̄.iij. Filij iſrl' cū ꝯtra mā
datū dñi terrā promiſſionis
conarent' aſcēdere/ ꝛ contra
mandatū dñi euntes ad bel-
lum/fuerūt debellati. Num:
xiiij. Quia mandatū Joſue

trangreſſus eſt achior. Ideo fuit a pplo lapidat⁹. ꝛ Joſue ꝛ ppl's ex illa inobediētia in bello fuerat ab inimicis ſupatus. Joſ. vij. Saul q̄ cōtra p̄ceptū ſamuelis ſacrificium obtulit ꝛ agag regi ꝛ pīguib⁹ ꝯtra p̄ceptū dn̄i parcere voluit: fuit a dn̄o reprobat⁹. i. Re. xv. ꝛ. xvi. Dixit dn̄s ſalomoni ꝙ ſi nō cuſtodiret mādata dei deleret de terre ſupficie thronū ei⁹. ij. Para. viij. Uir dei ꝯtra p̄ceptū dn̄i cū ꝓpheta mādncās a leone extitit interfectus. iij. Reg. xiij. Silr pcuſſus eſt a leone ille qui de mandato dn̄i pcutere noluit vnū d̄ filijs ꝓphetaꝝ. vbi oſtendit ꝙ obediētia dat interdū etiā ī his que vident ſine ratione mādari. iij. Reg. xx. Jonas q̄ refugiebat dn̄o obedire precipiēti/ vt in Niniue verbū dei predicaret: in mari fuit dn̄o diſponēte ſubmerſus. Jone. ij.

¶ De operante que deus attendit. Cap. lxxxi.

Operantem reſpicit deus ſi ſit.
Perfectus in operatione.
Rectus in intentione.
Electus in executione.

Perātem attēdit de⁹: primo ſi ſit bonus ꝛ deo grat⁹. Nā ſi pſonā nō acceptauerit ſeruitium nō acceptat: licet em̄ in pollicitis hō faciendo iuſte oſtendit iuſtus: in gratuitis tn̄/ nō qꝛ facit iuſta eſt iuſtus/ ſed iuſta facit: quia iuſtus eſt ſm Criſo. Nō qꝛ oculus videt acute: eſt. ſed qꝛ acute videt: q̄ a ſe longe ſunt: eſt acutus. Prius em̄ deus reſpicit operantē ſi eſt bonus/ anteq̄ꝫ acceptet vl' recipiet ei⁹ opus. Cayn nāqꝫ malus ꝛ abel bonus munera ambo obtulerūt: ſed de⁹ reſpexit ad Abel ꝛ ad ei⁹ munera: ſed ad cayn ꝛ ad ei⁹ munera nō reſpexit. Gen̄. iiij. Mirabilia fecerūt ī egypto Moyſes ꝛ Aaron. Silr ꝛ malefici Pharaonis: ſed prioꝝ nō vltimorū miracula deo placuerūt. Exo. vij. Bethzamite viderūt archā ꝛ ſacrificiū deo obtulerūt: ꝛ tn̄ pcuſſit eos dn̄s graui plaga: qꝛ ꝓpter pctā eoꝝ videre archā dn̄i nō debebāt. i. Re. vi. Reprobabat dn̄s ſacrificiū qd̄ iuſſerat fieri ꝛ hꝓpter offerētiū prauitatē. Eſa. i. Operātē acceptat de⁹ ex intentione quā habet in operādo: magis

q̄z ope. Cum em̄ opus inordinabile puerti poſſit ex praua intentiõe: vt dare elemoſynã/ieiunare ꝛ orare: ꝑpter fauorẽ vel queſtũ. Malũ etiaꝫ ex genere bene fieri poſſet ex bona intentione. vt hominẽ ex iuſticia exigente occidere/ oportet operantẽ: ꝛ opus eẽ ordinatũ recta intẽtiõe. Nã ſm̄ Ambro. Intẽtio tua opi tuo finẽ ponit. Nam pmiſſo a dño Abrae filio naſcituro de ſara/riſit abraã ꝛ riſit ſara. Sed riſus abrae non fuit a dño reꝑhenſus/ qꝛ riſit ex leticia repromiſſiõis: ſed riſus ſare qꝛ ex diffidentia promiſſiõis. Geñ. xviij. Talia thuribula ꝛ forte nobiliora habuit chore ꝛ cõplices /qualia habuit Aaron/ ꝛ tamẽ incenſionẽ Aaron /ꝑpter bonã intentionẽ habuit deus gratã. Illorũ vero ꝑpter intentionem peſſimã reprobauit. Nũ. xvi. Pretulit de⁹ duo minuta vidue p̄ muneribꝫ diuitũ: qꝛ puriora intentõe donabat. Lu. 21. Deſiderabat zacheus videre Jeſũ pura intentiõe bonitatis. Ideo fuit a dño ꝯſolatus. Lu. xix. Deſiderabat etiã Herodes videre Jeſum et eo viſo gauiſus eſt: ſed praua intentiõe curioſitatis: iõ de ei⁹ viſiõe fructũ quẽ volebat nullatenus reportauit. Lu. xxiij. Operantẽ attendit deus / ſi opus quod facit ex officio ſibi incũbit: alioquin ſi ſibi vſurpat qd̄ ſuũ non eſt/ nõ placet deo: ſed diſplicet: nec acceptat ſed reprobat tale opus. Nã ſaul expoliauit ſe/ꝛ tũc inter ꝑphetas ꝑphetare cepit/ſed parũ ei profuit qꝛ nõ erat ſui officij ꝑphetare. i. Re. xix. Oza extẽdit manũ ꝛ tetigit archã ne caderet de plauſtro / ſed fuit pcuſſus a dño: qꝛ tangere archã erat ſolũ officiũ leuitarũ. ij. Reg. vi. Licet offerre ſacrificiũ ſit bonũ: tñ nõ niſi ſacerdotibꝫ ꝯuenit. Ideo ozias pcuſſus eſt lepra: qꝛ more preſbiteri incenſum voluit adolere. ij. Paralip. xxvi.

## De operatione bona. Cap. lxxxij.

Opus bonum.
Domin⁹ amplificat magnis documentis.
Placet ſi edificat locum ſacramentis.
Hoc malus viuificat cũ impedimentis.
Homines qualificat ſuis incrementis.
Homines magnificat ma-

gnis donamentis.
Quem non letificat manet in tormentis.

# Opus bonū

placet deo/ ⁊ in quolibꝫ ſtatu illđ pcipit/ ꝯſulit/ ⁊ hortatur. Ideo in ſtatu innocentie poſuit deꝰ hoīem in pararadiſum voluptatꝭ/ vt operaret̄ ⁊ cuſtodiret illuꝫ. Geñ.ij. Sil'r pꝰ pcm̄ miſit deꝰ hoīeꝫ de padiſo vt opare t̄ trā. Ge. iij. Laudabilia opa patꝝ precepit dñs imitari dī. Si filij abrae eſtis opa Abrae facite. Jo.8. Propter hanc cām dī in oī gente q̄ timet eū ⁊ opat̄ iuſticiā acceptꝰ eſt illi. Act.x. Ut dño placeret paulꝰ mā ſit cū aq̄la. Act.18. Opꝰ bonuꝫ ⁊ valde deo acceptū/ eſt edificare eccleſias cui deꝰ dat bonā pfectionē. Nā ſalomō in modico tpe opꝰ tēpli maximi ꝯſumauit. iij. Re.7. Filij iſrl' cepert̄ edificare rēplū antecꝙ̄ alia opa ſeu domꝰ ichoarent̄ Nee.ij. vſqꝫ ad.vij. Precepit darius vt edificaret̄ domus dei in hierl'm/ ⁊ darent̄ ſūptꝰ de archa regis/ ne impediret̄ opus.i. Eſdre.vi. Opus bonū habet multos impeditores. Nam opera q̄ filij trāſmigratōis faciebāt in reditu babylonis fuerūt ſepe ab impedīētibꝫ moleſtata.i. Eſdr.iiij Illud opus piū qđ magdalena exercuit ī vnguēdo caput ⁊ pedes dñi. iudas cum alijs diſcipl'is voluit īpedire. marci.xiiij. Opus bonū manifeſtat hoīem/ ſicut fructꝰ manifeſtat arborē. Jđ dixit ſaluator: Attēdite a falſis ,pphis. ſequit̄. A fructibꝫ eoꝝ cognoſcetis eos. Mat.vij. Jpe em̄ dicebat de ſeipō. Opa q̄ ego facio: in noīe pr̄is mei facio/ ⁊ illa teſtioniū phibēt đ me. ⁊ paucis interpoſitꝭ. Si mihi nō creditis opibꝫ credite: Joā.x. Duo diſcipuli nō cognouerūt xp̄m donec fuerūt ſecū ꝯuerſati in via/ poſtmodū cognouerūt eū in fractōe panis. Lu.xxiiij. Opꝰ bonū largiter remuneraт̄ ab eo qui nullū bonū irremuneratū dimittit. vt dicit ſanctꝰ Auguſtinus. Ideo ezechias qui fecit bonuꝫ coram dño: valde proſperatus eſt. ij. Paralip. xxxi. Meret̄ enim opus bonum pro remuneratione indulgentiam peccatorū. Nā vidit deus opera Niniuitarum/ ⁊ miſertus eſt eis. Jone iij. Serui qui acceperunt talēta/ ⁊ operati ſunt in eis/ re-

muneratí ſũt í duplo. Mat. xxv. Propter hanc cauſam apl's cõparat bona opa ſemi ni de quo modicũ iacit̃ ⁊ fru ctus plurimus expectat̃ di. Qui parce ſeminat: parce et metet. ij. Cor. ix. Thabita ꝑ pter bona q̃ agebat meruit a Petro miſericorditer ſuſcita ri. Act̃. ix. Operari nolẽtes: ſed vacãtes ocioſitati grauia facinora perpetrant. Et ideo reprehenduntur et grauiter ⁊ acriter corriguntur. Nam tẽpore quo ſolebãt reges ad bella ꝯſurgere: Dauid vacãs ocio: adulteriũ ⁊ homicidiũ perpetrauit. ij. Reg. xi. Argu untur a dño ocioſi / quando vocantur operarij ad merce dem. Mat. xx. Seruus qui in vno talento noluit opera ri turpiter fuit a dño repro batus. Mat. xxv. Paulus re prehẽdit grauiter ocioſos di cens. Qui nõ vult opari nõ manducet. ij. Theſſa. iij.

¶ De oppreſſione bonorum a malis. Cap. lxxxxiij.

Opprimunt mali bonos.
Inuidentes de felicitate.
Laſciuientes in carnalitate
Perſequẽtes ex malignitate.
Odientes dicta veritate.

O Pprimũt mali bonos / aliqñ ex ſola inuidia: qꝛ vidẽt illos fe liciter ꝓſperari. Sic cayn ex inuidia ꝓualuit in abel: ⁊ eũ nequiter ⁊ ĩuidioſe opprimẽ do occidit. Geñ. iiij. Eſau in uidus / qꝛ iacob patris bene dictionẽ vſurpauerat voluit eum occidere: ꝓpter qd̓ Ja cob cõpulſus eſt fugere ad la ban. Geñ. xxviij. Egyptij in uidentes filijs iſrl' / qꝛ creſce bant / oderant eos ⁊ grauiter oppreſſerũt. Exo. i. Saul ex ſola ĩuidia ꝑſecut⁹ eſt dauid / eo ꝙ ſibi victoria Goliath erat aſcripta. Dicebãt enim: Percuſſit Saul mille / ⁊ da uid decẽ milia. i. Regũ. xviij. Saluator nr̃ ex ſola inuidia fuit dãnatus ab anna ⁊ cay pha ⁊ iudeis. Matth. xxvij. Opprimũt mali bonos ꝓpt̃ eorũ luxuriã quã bonis ĩpe dientib⁹ exercere nõ poſſũt: vel qꝛ eos de luxurie vitio re prehenderunt. Sic dña cui ſeruiebat Joſeph / qꝛ ſuã con cupiſcẽtiã exercere nõ potuit eũ opprimi falſe fecit. Gene. xxxix. Sodomite ꝓpter eoꝝ luxuriã / Loth multipliciter ei inferẽdo violentiã vexaue rũt. Geñ. xix. Duo luxurioſi

preſbyteri Suſannā ꝑpter eorū luxuriā nequiter opprimebāt. Dan̄.xiij. Herodes ꝑpter luxuriā ad petitionē meretricis Joannē baptiſtā in carcere decollauit. Mar.vi. Opprimūt mali bonos propter eoꝝ ſuperbiā ⁊ ambitionē dominij. Sic abymelech ambiens principatū/ fratres ſuos nequiter interfecit. Judi.ix. Adſolō ambiēs regnū patris/ip̄m eſt acriter pſecutus.ij. Regum.xv. Aman ex ſupbia ꝑcurauit mardocheū occidere ⁊ iudeos: ſed deꝰ aliter ordinauit. Heſt.iij. Propter ſupbiā Nabuchodonoſor fecit ſtatuā aureā/pueros vero nō adorātes eā fecit ꝑijci infornacē: et Danielē in lacū leonū mitti. Dan̄.iij.et vi. Triphō qui ꝑpter dominiū ſuū/antiochū adoleſcentem occiderat ꝑditorie: Jonathan ⁊ eiꝰ filios interfecit i. Macha.xiij. Opprimunt mali bonos ex ſola cordis nequitia ⁊ depranatiōe mētis. Sic impia yeſabel opprimebat Helyā ꝑphetā.iij. Re.xix. Rexiorā audiēs famē eſſe in terra/caput Helyſei precepit amputari.iiij. Re.vi. Neq̄ſſimus Holofernes voluit iudeos opprimere nuper de captiuitate reuerſos. Judit.ij. ⁊ ſequētibꝫ. Propter ſuā nequiciā antiochus in hierl'm boīum cedē fecit.i. Mach.i. Ex magna nequitia cordis Herodes pſecutꝰ eſt chr̄m ⁊ pueros interfecit. Matth.ij. Silr herodes agrippa occidit Joānē baptiſtā: iacobū ⁊ petrū incarcerauit. Act.xij Opprimūt etiā mali bonos q̄ veritatē loquunt̃ quā ipſi mali hn̄t odio. Sic ab ipio ioas lapidatꝰ eſt zacharias/q̄ ip̄m veriſſime inſtruebat. ij. Para.xliiij. Sic hieremias fuit a rege miſſus in carcerē q̄ nūciauerat veritatē. Hier. xx. Sic ananias falſus propheta mēdatio voluit ꝯfundere hieremiā ꝑphetā veriſſimū. Hiere.xxviij. Principes ſacerdotū ⁊ ſocij incarcerauerūt apl'os q̄ veritatē dei loq̄bant̃. Act.v. Judei lapidauerūt ſtephanū/qꝛ non poterāt reſiſtere ſpiritui q̄ loquebat̃. Act.vij. Paulus q̄ p̄dicabat publice veritatē: multas oppreſſiones ſuſtinuit a iudeis Act.xiij.xiiij..⁊.xvi.

¶ De oratiōe. Cap.lxxxxiiij.

Orare volētes attēdāt ꝑ quibus inquirit̃ ⁊ q̄ depcant̃.
Tempus quod exquiritur his qui exorantur.

Modus qui requiritur his q̇ poſtulantur.
Cauſam qua perquirit qui exaudiantur
Fructus qui acquirit ⁊ que dona dantur.

O Rare vo lentes debent atten dere primo qui ſūt illi qui debent orare: ⁊ ꝑ qui bus faciant ſuas orationes. Ubi notandū eſt/ꝙ orare de bent/ꝓſidentes ſingulariter pro ſuis ſubiectis. Eligētes ſpecial'r ꝑ ſuis electis: oēs gē tes generaliter ꝑ viris abie/ ctis. Orare primo debēt pre lati ꝑ ſuis ſubditis: q2 ipſorū officiū eſt vt ſuis orationib9 a ppl'o irā dei auertant. Sic cum poſt adorōnē vituli de9 ppl'm vellet deſtruere: Moy ſes eorū p̄latus/ꝑ eis feruen/ ter orauit: veniā meruit a do mino inuenire. Exod. xxxij. Propter orationē moyſi ab/ ſorptus eſt ignis/qui deuora bat caſtra murmurantiū pre labore. Num.xi. Maria ꝓ/ pter pctm̄ ſuū facta eſt lepro ſa. ſed moyſes frater ⁊ p̄latus eius/orauit ad dn̄m ⁊ reſtitu ta eſt priſtine ſanitati. Num. xij. Pro afflicto ppl'o ab igni tis ſerpētib9/orauit moyſes ⁊ ⁊ ſalubre remediū habuerūt. Num.xxi. Samuel dixit ad ppl'm: abſit a me hoc pctm̄ vt ceſſem orare ꝑ vobis: oſtē dens grauiter peccare prela/ tos/q̇ pro ſuo ppl'o nō exorēt i. Reg.xij. Bon9 p̄latus erat paulus qui dicebat Thimo theo ſibi ſubdito. Sine inter miſſione habeo tui memoriā ī orōnib9 meis.ij.ad Thim.i Orare debēt electores cū ad electionē alicui9 prelati ↄue/ niūt: vt de9 illis ꝓuideat de p̄lato idoneo q̇ ppl'm ſibi ſub ditū bn̄ regat. In cui9 figura ipſe dn̄s ad h̄ volēs tales in/ ducere ait: Rogate dn̄m meſ ſis/vt mittat oparios ī vineā ſuā. Mat.ix. Lu.x. Apl'i vo/ lētes eligere ī apl'atū vnū de diſcipulis/p̄miſſa orōne dixe rūt: Tu dn̄e qui noſti corda hoīm/oñde nobis quē elege/ ris ex his. Act.i. Cū dixiſſet dn̄s: ſegregate mihi barna/ bā ⁊ paulū in op9 ad qđ aſſū pſi eos. ſ. i apl'atū. ſeq̇t: Erāt in oratiōe/⁊ īponētes eis ma n9 dimiſert eos. Act. 13. Ora re debēt oēs hoīes ꝑ pecca/ toribus ⁊ inimicis: vel qui ꝑ ſe apti nō ſūt ad orādū. Sic deuote orauit Abraā deū vt parceret ſodomitis. Gen. 18 Moyſes multotiens orauit

dñm vt plagam verteret ab egypto et licet egyptij eſſent mali. fuit tñ a dño pluries exaudit⁹. Exo. viij. ix. ⁊. x. Sũmus põtifex Onyas oꝛauit ꝑ heliodoꝛo / q̇ erariũ voluit expoliari. ij. Mach. iij. Saluatoꝛ nr̃ ꝑ inimicis oꝛare docuit. Mat. v. Et ipſe ꝑ crucifixoꝛibus ſuis exoꝛauit. Lu. xxiij. Feruentius oꝛauit ſtephanus pro ſuis ꝑſecutoꝛibꝫ q̃ꝫ pro ſeipſo / quia ꝑ ſe oꝛãs ſtetit. ſed oꝛãs pro ſuis ꝑſecutoꝛibꝫ genua flexit. Actu. vij. Apl's Paulus ꝑ ꝑſecutoꝛibꝫ oꝛabat vt de⁹ eos ad penitẽtiã vocaret: iõ dicebat: Oꝛamus ꝑ vobis vt dignet᷑ vos deus vocare. ij. ad Theſſa. i.

De tempoꝛe oꝛandi.

Oꝛandum eſt:

Quando ab itinerãtibus ire diſponitur.

Dum loqui volentibus verbum pꝛoponitur.

Dum cenam querẽtibus cibus apponitur.

Cum pacientibus mundus opponitur.

¶ Oꝛare igitur pꝛimo debemus cum ad aliquẽ locũ pergere volumus / vt dñs in viã pacis dirigat pedes noſtros ⁊ cuſtodiat nos angelus dñi eũtes: cõmoꝛãtes ⁊ redeũtes. Judith. xiij. Propter hanc cauſaꝫ dixit Eſdras: Rogauimus dominũ pro incepto itinere: ⁊ euenit nobis pſpere. i. Eſdre. viij. Multum cõfidebat Judith in oꝛatione / qñ debebat ire ad holofernẽ / cũ dicebat: nihil aliud fiat ꝑ me niſi oꝛo. Judith. viij. Recedẽs Paulus a fratribꝫ de achaia poſt pulcros ſermones diutius oꝛauit. Act. xx. Itẽ paulus dicebat romãis / obſecrãs ſi quo mõ tandẽ pſperũ iter habeã veniẽdi ad vos. Rom. i. Oꝛare debet hõ cũ debet aliq̃ verba ꝑponere vel ad interrogata rñdere / vt dñs tãgat ⁊ mũdet labia ſua / vt digne verba ꝓnũciet. qui labia Eſaie calculo mũdauit ignito. Eſa. vi. Neemias rogauit dñꝫ celi: cũ deberet ad interrogata rñdere. Neemie ij. Heſter locutura ad regem Aſſyrioꝛum rogauit mardocheum vt congregaret Judeos / q̇ erãt in Suſis et ipẽ ⁊ ipſi dñm pro ea depcarent᷑. Heſter. iiij. Pauls apl's iſta ꝯſiderãs dicebat. Col. Frẽs Oꝛantes ſimul ⁊ ꝑ nobis vt de⁹ apiat nobis oſtiũ ſermonis ad loquẽdũ myſteriũ xp̄i. vnde foꝛte ſumpſit originem q̄ p̄dicatoꝛes i pꝛincipio ſer

monis petūt orones fieri. vt digne pferāt vbū dei. Coll. iiij. Orare debet hō cū debet cibū aſſumere/ꝛ cū acceperit gratias referēdo. largo mō ſumēdo orōnē. Sic neemias orauit dū daret regi bibere. Nee. ij. Saluator nr̄ cū diſcūbere feceret multa milia hoīm/quos de paucis panibus ſatiauit. priuſq̄ȝ comederēt orauit/in celū oculis leuatis. Joan. vi. Jn cena cum chriſtus ſuū corpus ſanctiſſimū ꝯſecrauit qn̄ de menſa cuȝ diſcipulis ſurgeret grās reddiderūt qn̄ hymno dicto exierūt in montē oliuarum. Math. xxvi. Orare debet hō certo tp̄e vt mūdo ſe nob accuſātib opponēte rcurram ad eū q̄ nos de aduerſitatib liberet. Sic thobias cecus vxoris īproperijs tribulatus ꝯfugit ad orōnis remedium. Thob. iij. Filij iſrl̄ tribulati ab holoferne/orātes ad dn̄m clamauerūt. Judith. iiij. Tribulat et afflict mardoche pro ſe ꝛ pp̄lo dn̄m exorauit Heſter. 4. Azarias ꝛ ſocij ei in tribulatione fornacis ad orōnis remediū ꝯfugierūt. Dan̄. iij. Jonas afflict in vētre ceti orauit ꝛ ſaluus a dn̄o eſt eductus. Jone. ij. Judei in tribulatōe poſiti orauerūt et fuerunt a dn̄o exauditi. ij. Macha. iij. Saulus ad terrā pſtratus et cecat veniēs Damaſcū orauit ꝛ fuit liberatus. Act. ix. Quādo petr ſeruabat̄ i carcere tribulat: orō fiebat ſine ītermiſſiōe ab eccl'ia ad deū p eo. Act. xij.

De modo orandi.

Orare volentes digne debēt orare cum

Solicitudine ocioſitatis.
Teneritudīe lacbrymoſitat̄
Multitudine vere vnitatis.
Certitudine ſue vtilitatis.
Sollicitudīe ſue aſſiduitat̄

¶ Orō primo debet eſſe ſolitaria ꝛ ſeparata a tumultu ꝛ occupatione humane ſolicitudinis. Nā iacob deuote orare deſiderās: ſe ab vxoribus et alia familia ſequeſtrauit. Gen̄. xxxij. Oratio ſolitaria ꝛ mentalis clamat in aures dei. Sicut patet de Moyſe mentaliter ꝛ ſolitarie deprecāti dixit de. Quid clamas ad me. Exo. xiiij. Deprecaturus dauid dn̄m p paruulo ingreſſus ſeorſum iacuit in terra. ij. Reg. xij. Dimiſſa turba aſcendit dn̄s in montē ſolus orare/nos ſil'r orare inſtruendo. Math. xiiij. Aſcendit petrus orare in ſupiora dom

vt poſſet orare diuti⁹ ab alijs ſeparatus. Act. x. Oratio debet eſſe lachrymoſa tenerrime deuotiōis. Ideo Ezechias ꝯuertit ſe ad dn̄m ⁊ orās cū lachrymis: fuit a dn̄o exauditus: qꝛ dixit ei dn̄s: Audiui oīes tuas/ ⁊ vidi lachrymas tuas. iiij. Reg. xx. Flēs ſuſanna aſpexit in celū ⁊ orauit ad dn̄m/ ⁊ ei⁹ oratio exaudita eſt. Dan̄. xiij. Magdalena in ſua ꝯuerſione nō legit̄ oraſſe vocaliter: ſed credēdū eſt eā oraſſe mentaliter: ⁊ fleuiſſe/ cū lachrymis pedes domini rigauit. Luce. vij. Oīo tertio debet eſſe vnita in multitudine hoīm vinculo charitatis. Multū eñ placet deo oīo alicui⁹ multitudinis vel ſocietatis eorū q̄ ſunt in charitate ꝯiuncti. Ideo ſacerdotes ⁊ viri religioſi vnanimes vno ore ⁊ charitatiue deum orare debēt. Nā ſacerdotes ⁊ viri vnanimes cū mulieribꝫ reſolutis crinibꝫ ⁊ extēſis manibus dn̄m deprecabant̄. ij. Mach. iij. Judas ⁊ qui cuꝫ eo erant ſimul dn̄m deprecabant̄ vt eriperet eos ab ipſo Nicanore. ij. Machabe. xv. Saluator dixit: Si duo ex vobis ꝯſenſerint/ de quacūq̨ re petierint fiet eis. Matth. xviij. Poſt aſcēſionē erāt oēs diſcipuli dn̄i in oratiōe/ cum mulieribꝫ pſeuerātes vnanimiter cuꝫ Maria mr̄e Jeſu Act. i. Oēs fideles in primitiua ecclīa erāt vnanimes in oratione ⁊ doctrina aplōꝝ. Act. ij. Cū oraſſent diſcipuli vnanimiter/ vna voce/ motus eſt locus in quo erāt congregati/ ⁊ repleti ſunt oēs ſpiritu ſctō et loquebant̄ verbū dei cū fiducia. Act. iiij. Oīo quarto debet eſſe humilis et ſui ſtatus recognitiua. Nam miro mō fuit hūilis oīo manaſſes / vt apparet intuēti. ij. Para. vlti. Daniel intelligēs opus captiuitatis ꝯpletū eē. hūiliter dn̄m exorauit. Dan̄. ix. Breuē ⁊ humilē modū habuit leproſus/ qui genuflexo orauit dn̄m di. Dn̄e ſi vis potes me mūdare. Matth. viij. Mar. i. Humiliter orauit cēturio ꝑ paralytico ſeruo: īdignū ſe reputās ꝑſentia Jeſu chr̄i. Mat. viij. Ad oranduꝫ humilr̄ nos inducit exemplū de hūili publicano. Lu. viij. q̄ breuibꝫ ꝟbis meruit remiſſionē oīm pctōꝝ di. Deus ꝓpicius eſto mihi pctōri. Lu. xviij. Oīo q̄nto debet eſſe aſſidua ſiue ꝯtinua / vt ſi ſtatim cū petit bō nō obtinet/ nibi

lominus adhuc orare debet. Nā orās helyas ꝑ pluuia cū puerū mitteret ad videnduȝ vſqȝ ad ſeptē vices/ nil penitus apparebat: q̄ oṙonis cōſtantia mirabilr̄ cōmēdatur. iij. Re. xviij. Nō dimiſit Daniel ꝓpter decretū Darij q̄n oraret ter i die flexis genibꝫ: ſicut ante cōſueuerat facere. Dañ. vi. Ad hoc idē hortaꝫ nos dn̄s di. Oportet vos ſꝑ orare ꝛ nunq̄ꝫ deficere. Lu. xviij. Ad oratiōis inſtantiaȝ etiā ipſe dn̄s nos inducit/ exemplo vidue/ q̄ iudicē cū importunitate iudicare petebat Et exēplo amici q̄ panes inſtanter ſibi petijt cōmodari. Lu. xi. ꝛ. xviij. Paulus apl's q̄ orare ſine intermiſſiōe monebat. i. Teſſa. v. hoc ipſum ſolicite faciebat dicēs: Sine intermiſſiōe memoriā vr̄i facio in orationibus meis. ij. Teſſa. i.

¶ De exauditione orationū: hominum quidam.

Scdꝫ appetitū ſuū audiūꝫ.
Licet petāt tn̄ nō exaudiunꝫ
Bonū ꝯcupitū aſſequunꝫ.
Magis expeditū hic adipiſcuntur.

Exaudiūꝫ quidā ſm̄ appetitū ꝛ placitū: licet nō ad vtilitatē eoꝝ. Nā petijt ppl'us in deſerto carnes/ ꝛ dn̄s iratus ꝯceſſit eis/ ꝓpter qđ patet ꝙ nō ſemꝑ exauditio oratiōis: eſt ſignum diuine dilectiōis Num. xi. Nō placuit dn̄o ꝙ filij iſrl' petierunt ſibi regē: ꝛ tn̄ eos exaudiuit ad votū. i. Reg. viij. Orātes etiā nō exaudiunꝫ: qꝛ nō petūt ſibi bona ꝛ licita. etiā qꝛ mali ſunt ꝛ indigni qui petūt. Sic dn̄s Dauid orantē pro populo licet valde deuote orauerit nō exaudiuit: qꝛ nō erat tunc dignus exaudiri. ij. Reguȝ. xij. Magne reprobationis erat oratio Hieremie qn̄ dicebat ei dn̄s: Noli orare pro ppl'o iſto nec ſumas ꝑ eis laudē vl' orationē/ qꝛ nō exaudiā eos. Hiere. xi. Jacobꝫ dicit. Petitis ꝛ nō accipitis: eo ꝙ male petatis. Jac. iiij. Ppl'o indigno ꝛ malo dixit dn̄s. Cum multiplicaueritis oṙones veſtras nō exaudiā vos: qꝛ manus vr̄e ſanguine plene ſunt. Eſaie. i. Orantes etiā aliqn̄ exaudiunꝫ ad votū ꝛ ad vtilitatē. qꝛ oṙo eorū bona eſt ꝛ ſibi expediētia petūt. Sic exaudiuit dn̄s Niniuitas clamātes ꝛ orātes ad dn̄m peccata dimittēs/ ꝛ a ſubuerſiōe ciuitatem liberās. Jone. iij. Sic etiā exaudiuit ſuſannā

cũ eã a morte ꝛ infamia liberauit. Dañ. xiij. Hoc mõ exaudiuit oẽs. Quere ĩfra hoc de effectu orõnis. Orantem aliqñ exaudit deus nõ ad votũ ſed ad vtilitatẽ. circa q̃ vide ꝓlogũ ſuꝑ abacuc ꝓphetã qꝛ ſm ſententiã Auguſtini: Prouidet de⁹ meliora q̃ȝ petãt: qđ manifeſte patet ĩ paulo q̃ patiẽs ſtimulũ carnis vt ammoueret ter dñm orauit: quẽ nõ ammouit/ ſed melius ſibi cõceſſit. ſ. gratiã ſuperãdi dicens: Sufficit tibi gratia mea. Nã virtus in infirmitate ꝑficit. ij. Coꝝ. xij. Orare volentes debẽt attẽdere orõnis effectũ vel finẽ. i. fructũ q̃ ex oratione acquiritur.

¶ De orõis mercede recipiẽda/ orantes digne recipiẽt:
Pctõꝝ remiſſionẽ glorioſaȝ.
Filioꝝ adeptionẽ gaudioſã.
Aduerſoꝝ oꝑſſionẽ ruinoſã
Tentationum repulſionem virtuoſam.
Signorum placationẽ fructuoſam.

Oratio primo quidẽ ĩpetrat remiſſionẽ pctõꝝ. Sic per orationem Moyſi dicentis: Dimitte eis dñe noxã hanc: aut dele me de libro in q̃ me ſcripſiſti. Ad cui⁹ orõnẽ dñs pplo ſuo pctm̃ dimiſit. Exo. xxxij. Propter hãc cãm docuit nos ſaluator vt debitorũ. i. pctõꝝ remiſſionẽ in oratiõe dñica peteremus dicentes: Dimitte nobis debita nr̃a. Mat. vi. In cui⁹ rei figura dimiſit rex om̃e debitũ ſeruo q̃ eũ rogauerat: licet poſtea ex ſua nequitia ſint ei que fuerũt dimiſſa repetita. Mat. xviij. Orõ bis ſcđo ĩpetrat filios/ q̃ nõ poterãt ex ſua ſterilitate filios naturalr̃ ꝓcreare. Nã Iſaac depcat⁹ eſt dñz ꝓ vxore ſterili/ ꝛ filios meruit obtinere. Gene. xxv. Anna ſilr̃ deuote deũ orauit cũ lachrymis/ ꝛ filium a dño cũ precibꝫ impetrauit. i. Re. i. Helyſeus hoſpite ſue ſterili impetrauit a dño filiũ: quem ſilr̃ ſuis oratõibꝫ reſuſcitauit. iiij. Reg. iiij. Zacharie ꝛ eliſabeth nõ erat filius/ eo q̃ eſſet eliſabeth ſterilis / ꝛ ambo ꝓceſſiſſent in diebꝫ ſuis. Angelus autẽ apparuit Zacharie di. Exaudita ẽ orõ tua / vxor tua pariet tibi filium/ ꝛ vocabis nomẽ ei⁹ Ioãnes. Lu. i. Oratio tertio tribuit victoriam de aduerſarijs et iniurijs. Nã in bello filioꝝ iſrael ꝯtra amalech plus fecit orõ moyſi. vel moyſes orando q̃ȝ Ioſue pugnãdo. Exod. xvij

Ideo pugnaturi filij iſrl' contra philiſteos rogauerũt. Samuelẽ orare ꝑ eis vt victoriã obtinerent. i. Reg. vij. Joſaphat rex Juda timore ꝑterritus: ꝓpter multitudinẽ q̃ venerat ꝯtra eum/ totũ ſe ꝯtulit ad orãdũ vt victoriã ĩpetraret. ij. Paral. xx. Judith qñ decapitare voluit Holofernẽ/ dñm ꝓ victoria exorauit. Judith. xiij. Cõmiſſurus iudas bellũ ꝯtra Gorgiã: orauit ꝛ extitit victor belli. ꝓmi. Macha. iiij. Quia iudas in bello ꝯtra antiochũ. nõ orauit: non vicit ſed diuertit. i. Mach. vi. Itẽ qꝛ nõ orauit in exercitu ꝯtra bachidẽ: ipſe fuit occiſus ꝛ exercitus debellatꝰ. i. Macha. ix. Judas ꝛ qui cũ eo erãt iuocato dño ꝯgreſſi ſunt ꝯtra exercitũ nycanoris manu quidẽ pugnãtes: ſed cordibꝫ orantes belli victoriã obtinuerũt. ij. Mach. xv. Dicebat paulꝰ. Obſecro vos vt iuuetis me in orationibus vt liberer ab infidelibus. ad Ro. xv. Oĩo quarto expellit diabolũ ꝛ eiꝰ tẽtationes: iõ raphael monuit thobiã vt ſe tribꝫ diebus abſtineret ab vxore: ꝛ tã ipſe q̃ȝ ipſa orarent ꝯtinue ne diabolus haberet ĩ eis ꝑtãteȝ. Tho. vi.

Propť aſſiduã orõnẽ chananee/ filia eiꝰ a demonio liberabať. Mat. xv. Dũ diſcipuli quoddã demoniũ non poſſent eijcere ꝛ mirarenť. Dñs dixit eis: Hoc genus demoniorũ nõ eijciť: niſi ĩ orõne ꝛ ieiunio. Mat. xvij. Cũ paulꝰ iret ad orõnẽ/ obuiauit puelle habẽti ſpm̃ phitoneȝ/ quẽ expulit orãdo in noĩe dñi Jeſu Acť. xvi. Oratio quĩto facit opari miracula. Nã per orationẽ helye clauſum eſt celuȝ ne plueret: ꝛ ꝑ orationẽ eius ad pluuiã eſt apertũ. iij. Reg. xviij. Ad orationẽ deuotam Helye: puer qui erat iã mortuus ſuſcitatur. iij. Reg. xvij Martha ꝛ Maria dñm orauerũt ꝛ impetrauerũt lazarũ ſuſcitari. Joã. xi. Decẽ leproſi orãtẽs ad dñm/ meruerunt recipe ſanitatẽ. Lu. xvij. Petrus ꝛ ioãnes aſcẽdentes ad orõnẽ/ liberauerũt claudũ ex vtero matrꝭ ſue. Acť. iij. Similiter Petrus et Joannes orauerunt pro illis de Samaria: ꝛ imponebant manꝰ ſuper illos/ ꝛ ſpiritũſanctum accipere faciebant. Acť. viij Patrẽ publij feb ribus et diſſenteria laborantẽ / Paulus ſua oratione ſanauit. vt habetur. Acť. xxviij.

¶ De ornatu mulierum. Cap.lxxxv.

Ornatus mulierũ eſt ad
Perſonarũ deceptionem.
Perfectorũ reprehenſionẽ.

O Rnatus mulierũ ſepe fit ad deceptionẽ hoim/ licet aliqñ ipſe vt viris placeant ornare ſe dicãt. Nã thamar volẽs ꝯ iuda ſocero ſuo ꝯcipere/veſtibꝫ viduitatis depoſitis/ornauit ſe/ꝯcubitum paciẽs ab eodẽ. Gen.xxxviij Jeſabel audito aduẽtu iehu depinxit oculos ſtibio / ꝛ ornauit ſe. iiij. Re.ix. Propter ornamẽta que Judith aſſumpſit:potentẽ holofernẽ decepit. Judith.x. Occurrit mulier iuuenis ornatũ meretriceo preparata/ad decipiẽdas aĩas. Prouer.vij. Nõ ſine cã dr̃: Auerte faciẽ tuã a muliere compta:qꝛ ſic excitat te ad peccandũ. Eccle.ix. Ornari non debent mulieres bone ꝛ honeſte q̃ ſoli deo placere deſiderãt. Jõ heſter qñ debuit introire ad regẽ: nõ queſiuit cultũ muliebrẽ ſicut q̃rebant alie mulieres. Heſter.ij. Cõminando dr̃: Jn die illa auferet dñs ornamentũ calciamentoꝝ ꝛ lunulas ꝛ torques Eſa.iij. Mulierũ non ſit extrinſecus capillatura vel circũdatio auri vel veſtium cultus.i. Petri.iij.

¶ De paciẽtia ꝛ mãſuetudine Cap.lxxxvi.

Patientes ferre debent:
Attinentes propinquorum offenſiones.
Seruientes dominorũ correctiones.
Patientes tormentorum afflictiones.
Rẽnuẽtes receptoꝝ illatões
Audientes benignorum reſponſiones.
Attẽdẽtes exẽploꝝ oñſiões.

P Rimo pacienter ferre debẽt iniurias ꝯſanguinei ꝛ ꝯiuncti ſi aliqñ vnus ab altero offenditᷣ/verberetᷣ vel corrigatur. Sic patienter tulit Jſaac ꝛ ſine murmure/qñ Abraã pater eiꝰ cũ voluit imolare. Ge. xxij. Joſeph patiẽter tulit iniuriã/quã ei frẽs ꝓprij intulerunt:eiſqꝫ poſtea illatã prefatã iniuriã clementer indulſit. Gen.xxxvij. ꝛ.xlv. Cito orauit Moyſes ꝓ maria ſorore ſua/que eum offenderat murmurãdo. Num.xij. Dauid ꝑſecutionẽ ſuſtinuit quã ei ꝑ

prius filius inferebat. ij. Re. xv. Thobias patienter tulit ↄſanguineoꝝ iproperia pariter ⁊ vxoris. Tho. ij. Patiēter ſuſtinere debēt ſerui ⁊ ſubditi ſi aliquas moleſtias recipiāt a dñis ⁊ ꝑlatis. Dñi etiā ⁊ ꝑlati patiēter ſuſtineāt ſi aliquādo a ſubditis offendunt. Nā mifiboſeth patiēter tulit iniquā ſententiā quā Dauid tulit ↄtra eū. ij. Re. xvi. ⁊. xix. Quia mulier in adulterio deprehenſa ſcribaꝝ ⁊ phariſeorū accuſationē patiēter ſuſtinuit: ⁊ accuſata nihil rñdit: dñs eam ne lapidaret miſericorditer liberauit. Joā. viij. Silr prelati ⁊ dñi debēt eē patientes/ ſi etiā aliqñ offendant a ſubditis. Nā moyſes pro murmure ppli ſe nō turbauit: ſed patiēter ſuſtinuit/ ⁊ miſit Aaron intercedere ꝑ eis. Num. xvij. Sara patiēter ſuſtinuit ↄtumeliā ab ancilla ſua ſibi vituꝑoſe illatā. Tho. iij. Paciēter debet hō tribulatōes ⁊ penas a deo inflictas/ vel ꝑ eo vel pro ei⁹ fide ſuſceptas ferre. Sic thobias excecat⁹ paciēter ſuſtinuit cecitatē. Thob. ij. Job fuit paciēs ꝑdēdo ſua/ filios et quaſi ſeipm̄ per grauē infirmitatē quā habuit ab vxore ⁊ amicis plus inferentib⁹ ſibi deſolationē q̄ ↄſolationē. Job ꝑ totū. Alacrē paciētiā habuerūt tres pueri ī fornace/ q̄ noluerūt idolis īmolare Dañ. iij. Eleazarus duros ſuſtinuit patiēter pro legis obſeruātia cruciatus. ij. Macha. vi. Septē frēs cū pia eoꝝ mr̄e in eoꝝ tormētis mirabilē patiētiā habuerūt. ij. Mach. vij. Patiēter ferētes iniurias nō debent q̄rere vltionē de offenſis: licet ipſi valeāt vindicare. Nā ſaul noluit ſuſtinere ꝙ viri qui ei detraxerūt occiderent in detractiōis vindictā. i. Re. xi. Heliſeus etiā nō ꝑmiſit: ꝙ occiderent viri q̄ eū capere venerāt ſed ipſos plene reficiēs: libere abire permiſit. iiij. Reg. vi. Noluit Dauid occidere ſaulē ꝑſequentē eū: licet pluries potuiſſet. i. Reg. xxiiij. Ipſe etiam dauid noluit ꝙ abiſai eū de ſemei cū ei malediceret vindicaret. ij. Reg. xvi. Non ſolū vindictam nō debet homo querere de offenſa: ſed offendenti debet dimittere ex corde. nō ſolū ſemel ſed pluries. Nam petro querēti quotiēs dimitteret proximo. Reſpondit chriſtus. Non ſolū ſeptics ſed ſeptuagies ſepti-

es. Matt. xviij. Ad paciēter portandū ꝛ multotiēs iniurias dimittendū/adducit ꝛ inducit nos christus exemplo serui nequā/cui dimiſſa fuerant decē milia talēta. Mat. xviij. Pacientiā cōfert homini humilis ꝛ benigna reſpōſio. Sic ecōtra/dura ꝛ aſpera ſuſcitat furorem. Quia reſponſio mollis frangit iram. ſermo durus ſuſcitat furorē. Prouer. xv. Dauid ꝙ ad duram reſponſionē Nabal fuerat perturbatus/ad humilez reſpōſionem Abygail econtra mirabiliter eſt placatus. j Reg. xxv. Filij effraim iurgātes contra Gedeonem ſedati ſunt ꝑpter eius humilē reſpōſionē. Judi. viij. Sic roboā ſi iuxta conſiliū ſenū humilē reſponſionē populo dediſſet in impacientiā ꝛ in indignationē populū nō induxiſſet. iij. Reg. xij. Pacientie exemplū habemus a Christo/maxime vt cedamus furori. Nā Christus ꝙ pati venerat/a iudeis pluries declinauit. Lu. iiij. Joan. viij. Exemplū etiā patientie habemus a Christo/tempore paſſionis/quia pacientiā conſeruauit in verbis detractorijs/cōtradictorijs/ꝛ cōtumelioſis: in factis ꝛ illuſionibꝫ ꝛ verberibꝫ: crucifixiōibꝫ: blaſphemijs ꝛ morte. Matth. xxvi. Mar. xiiij.

¶ De paupertate ꝛ inopia. Cap. lxxxvij.

Pauperes ſpiritu debent
Poſſeſſionem proprietatis
deſpicere.
Refectōez ſobrietatꝭ ꝑficere.
Oſtenſionem mendicitatis
aſpicere. (cere.
Ditatiōez ſublimitatis inſpi-

Paupertas ſpiritualis ſiue pauperes ſpiritu nihil debent proprium poſſidere. In cuius figura iacob patriarcha fugiens Eſau ꝛ ad Labā vadēs nec animal/nec famulū habuit: ſed in baculo iordanē tranſiuit: ꝛ volens requieſcere ꝛ lectum non habuit: ſed ſupponens lapidē capiti ſic dormiuit. Gen. xxviij. Moyſes paſcebat oues Jetro: qꝛ proprias nō habuit. Exodi. iij. Filij rechabitarū domos nō inhabitabāt: vinū nō bibebant ꝛ vineas nō habebāt nec tabernacula faciebant. Hieremie. xxxv. Adoleſcenti dixit dominus: Si vis ꝑfectus eſſe/vade ꝛ vende oīa que habes/ꝛ da pauperibꝫ. Mat. xix. In ꝑmitiua eccl'ia

oīa dabanꝶ / ꝛ tanq̄ȝ cōia ab
ap̄lis dn̄i habebanꝶ. Act. iiij
Paulus dixit fratribꝫ achaie
Argentū / aurū / ꝛ veſtes non
ꝯcupiui. Act. xx. Petrus ꝓ
paup̱ dixit claudo: Argentū
ꝛ aurum nō eſt mihi / qđ aūt
habeo hoc tibi do. Actu. iij.
Pauperes ſpū parce viuere
debēt / ꝛ de modico victu cō-
tētari. Nam ſatis parce viue
bat ruth q̄ colligebat ſpicas
poſt terga metētiū. Ruth. ij.
Multū parce ꝛ cum magna
penuria viuebat helyas / qñ
petiebat bucellā panis ꝛ pau
lulū aque a ſareptana vidua
ſibi dari. iij. Reg. xvij. Filij p
phaꝝ ſatis tēperate viuebāt /
qꝛ parū de pane ꝛ pulmentū
inſipidū cōmedebant / nobis
in exēplū. iiij. Reg. iiij. Pau-
lus ap̄ls dicebat: Eſurim⁹ ꝛ
ſitimus. i. Cor. iiij. Pauper
tatis exemplū habem⁹ a xp̄o
qui eſt de paupere matre na-
tus / a paupere fabro nutrit⁹
in paup̱e loco reclinat⁹ pan-
nis pauprim's inuolut⁹ / pau
perū oblatiōe in tēplo: ſ. tur-
ture vel colūba redēpt⁹: duo
dēnis in tēplo ſolus ſine fa-
milia eſt repert⁹. Hec oīa no
bis in exemplū paup̱tatis pa
tienter ſuſtinuit. Luc. ij. Ad
pauperes nuptias vbi vinū
defecit acceſſit / ꝛ aquā in vi-
nū mutauit. Joan. ij. Caput
vbi reclinaret in cruce nō ha
buit. Luc. ix. Pauperē fami
liā oib⁹ diebꝫ habuit. Matt.
iiij. In cruce patiēs nudus
pependit: ꝛ mortu⁹ / in ſepul-
chro alieno iacuit. Lu. xxiij.
Matt. xxvij. Paupes ſpū vł
paupertatē patiēter deferen-
tes exaltanꝶ / ditanꝶ / ꝛ remu-
neranꝶ a dn̄o in p̄ſenti ꝛ i fu
turo. Nā ſaul q̄ vno ſeruo cō
tētus / lōge q̄rebat aſinas pa-
tris ſui / nō equos ꝛ cui⁹ fami
lia minima: fuit vnctus in re
gē. i. Reg. x. Dauid exiſtēs in
paſcuis / ꝛ quaſi in nihilū re-
putatus: fuit p̱ Samuelem
vnctus i regē quē etiā miſit
pater ad frēs victualibꝫ one-
ratum. i. Reg. xvi. ꝛ. xvij. In
cui⁹ figura Nabuchodono-
ſor paup̱es dimiſit / ꝛ diuites
interfecit: vł captiuos duxit.
Et ſignificat ꝙ dn̄s paup̱es
dimittit ſolutos ire ad gau-
dia celi: diuites vero ad infer
nū deducit Hiere. xxxix. In-
ter btitudies q̄s poſuit dn̄s
prima eſt paup̱tatis. Mat. v
Mirā remuneratiōnē ꝑmit
tit xp̄s diuitias relinquētibꝫ
ꝑpter eū. Lu. xviij. Mat. xix
Lazarus paup̱ i ſinu Abrae
ab angelis eſt portat⁹. Luc.

xvi. Ob hanc cauſam paupe res ꝛ debiles ad magnā cenā per regis nūcios introducti ſunt. Lu. xiiij.

¶ De pace ꝛ concordia

Pax ꝛ concordia.

Approbatur ex complacentia diuine dilectionis.

Comprobatur experiētia externe queſitionis.

Roboratur ex beniuolentia ſubiectionis.

Perturbatur ex aſſiſtentia interne corruptionis.

Conſummatur in excellētia ſuperne dilectionis.

P Ax concordia ꝛ vnitas inter homines ſup oīa alia opa deo placēt. In cui⁹ ſignū oīa alia aīalia pter hoīem fecit dupli cia. ſ. marē ꝛ feminā. hoīez ꝓo vnū / vt bonū vnitatis / pacis ꝛ ꝯcordie cōmendaret. Geñ. i. Quāuis dauid eſſet ſctūs / noluit tñ de⁹ ꝙ edificaret ei domū: qꝛ fuerat bellicoſus. ſed Salomō qui interpretatur pacificus / vt oñderet ſolū pacificoꝝ accepta ſeruitia reputare. iij. Re. v. Diligit de⁹ corda pacifica ꝛ in eis habitat. In cui⁹ rei figura oſtenſum eſt Helye / ꝙ dñs nō erat in cōmotiōe nec in grādine to ſed in ſibilo aure tenuis. i. in loco quieto. iij. Reg. xix. Q, pacē ſic diligat patet ex his. qꝛ in ei⁹ natiuitate angeli pacē nunciauerūt. Lu. ij. Pacē ꝑcepit diſcipulis inter ſe habere. Joā. xiij. Pacē cōmiſit apl'is ꝑdicare. Lu. x. Pacē ꝓ teſtamēto reliquit. Joā. xiiij Et poſt reſurrectionē ſuā pacē diſcipulis ſuis nunciauit. Lu. xxiiij. Joan. xx. Pacē debēt q̄rere q̄ prius fuerunt inimici: ꝛ maxime qui habēt inimicos potētes. Ideo abymelech pacificat⁹ eſt cū Iſaac / quē ꝓſperari videbat. Gene. xxvi. Gabaonite audiētes ea q̄ fecerat Joſue potētiſſim⁹ hiericho / venerūt ſecū facere pacē. Joſue. ix. Miſit Jonathas legatos ad bachidē vt cōponeret pacē cuz eo / ꝛ bachides tñ fuerat dux exercit⁹ in quo Judas occubuit frater eius. i. Mach. ix. Rex demetrius miſit ad Jonathan epl'az rogās pacē. i. Mach. xi. Pacē īducūt inter hoīes furori cedētes vel reſpondentes hūiliter. Furori eñi malorū cedēdū eſt. Sic fecit iacob recedēs ab eſau. Geñ. 27 Phinees ꝛ ceteri legati ad filios ruben miſſi in excuſatione illoꝝ benigna humilitate

dulciter ſunt placati. Joſ.22 De hac materia quere in p̄ce dēti capitulo de patiētia ⁊c. Pacē perturbāt ⁊ deſtruuut multa. Nam aliq̄n pacē per/turbat inuidia. Nā frēs Jo/ſeph inuidētes ei nō poterāt ſibi quicq̃ʒ pacifice loq̄. Gen̄. xxxvij. Auaricia ſeu copia tē poralium rer̄ cā ſunt turbatio nis ⁊ pacis/ ⁊ fomentum di/ſcordie ⁊ iurgiorū: vt patet i paſtoribus Loth ⁊ Abrae: Gen̄. xiij. Sil'r habet̄ de iſa/ac ⁊ paſtoribꝫ gerare propter cauſam predictā. Gen̄. xxvi. Ambitio ⁊ ſupbia dominan di pacē pturbāt/ ⁊ guerras et diſcordias ſuſcitāt inter pro pinquos: vt patet in Dauid ⁊ abſolone. ij. Reg. xv. Ficta etiā pax perturbat ⁊ impedit pacē bonā ⁊ verā. Jdeo Jo/nathas noluit recipere pacē demetrij: q2 ficte pacificari q̄ rebat. i. Mach. x. Pacis bo/num ex gratia ⁊ dono dei p/cedit. Unde bonitas gratio/ſi plati ⁊ gr̄a/ ⁊ bonitas ſub/ditorū cauſa extitit aliq̄n ma gne pacis: vt patet de Onia ⁊ pp'lo iudeorū. ij. Mach. iij. Propter hāc cām paulus in ſuis ep'lis paci p̄ponit gr̄am dī. Gratia vobis ⁊ pax. Dās intelligere ꝙ ſine gr̄a nō pōt eſſe pax. Nā non eſt pax ip̄is dicit dn̄s Eſaye. lvij. De ma gno dono gr̄e diuine/ pcedit pax: q̄n ille q̄ recepit iniuriā vel offenſaʒ offendēti parcit ex animo: ⁊ pacē eius qui eū offenderat ɔcupiſcit. Sicut Dauid licet ab Abſolone p/ſecutus/ q̄rebat tn̄ pacē eius di. Eſt ne pax puero abſolō: ij. Regū. xviij.

¶ De peccato ⁊ ei⁹ effectibꝫ. Cap. lxxxix.

Peccatum nocet homini.
Ab interiori depravando na turam.
Ab exteriori procurando ia/cturam.
A ſuperiori exclamādo preſ/ſuram.
Ab īferiori deuaſtādo figurā

PEccatū ex ſua turpitudine nocet hoī ab itrinſeco: q2 humanā naturā dep̄uat ⁊ extermnat. Tollit ei hoī audaciā/ ⁊ cau/ſat erubeſcētiā. Nā p̄mi parē tes q̄ in ſtatu inocētie nudi/ n̄ erubeſcebāt: poſt pctm̄ eru/beſcētes/ ſe perizomatibꝫ texe rūt. Gen̄. iij. Jtem aufert hoī ſenſum ⁊ infatuat eū. Unde Adā qui ante pctm̄ tāta ſciē/tia pollebat ꝙ rebꝫ oībus im poſuit noīa ſm̄ ꝓprietates ip̄o

rum. Poſt pctm̄ ſic infatuatus ē q̄ a facie dn̄i (cui nuda ꝛ apta ſunt oīa) abſcōdere ſe credebat. Ben̄.iij. Salomonē etiā ſapiētiſſimū/pctm̄ infatuauit maculās ei⁹ famā. iij. Reg.xi. Eccl'.xlvij. Item facit hoīem timidū auferēdo ſecuritatē. Nā Adā qui ante pctm̄ pluries audiuit vocez dn̄i nihil timens/poſt pctm̄ cū vocaret a dn̄o ait: Dn̄e/ audiui auditū tuum ꝛ timui. Ben̄.iij: Itē tollit quietē intrinſecā/hoīez nō ſinēs quieſcere: qꝛ coꝛ impij quaſi mare feruēs qđ quieſcere nō pōt. Eſaie.lvij. Sil'r pcuſſit dn̄s coꝛ Dauid poſtq̄ȝ peccauit/ ppl'm numerādo.ij.Re.xxiiij Pctm̄ nocet hoī ab extrinſeco: qꝛ multotiēs pena coꝛpali puniunt᷑. vt patet in Adā ꝛ eua expulſis đ ꝑadiſo cū maledictionibꝫ ꝛ penis ſuis. Pena viri fuit ſimplex: qꝛ dixit dn̄s ade: In laboꝛe ꝛ ſudoꝛe vult⁹ tui veſceris pane tuo. Pena āt mulierꝫ fuit duplex dixit eīm ei: In laboꝛe paries filios: ꝛ ſub viri ptāte eris. Hui⁹ duplicatōis cā fuit: qꝛ ipſa virū iduxerat ad peccandū. Ben̄.iij. Sodomite etiā pena ignis ꝛ ſulphurꝫ ſūt puniti. Ben̄.xix. Uxoꝛ etiā loth qꝛ peccauit ꝯtra p̄ceptū dn̄i ſe vertēdo: in ſtatuā ſalis eſt ꝯuerſa. Be.xix. Pharao etiā ꝑpter pctm̄ cognouit ſe flagellari di. Peccaui in deū verū. Exo.x. Quia filij iſrl' multotiēs deū offenderūt peccādo/fuerūt ab eo ſepi⁹ flagellati. Num. Judi. Joſue. Regū Judith. ꝛ ꝑ totū q̄ſi vetus teſtamentū ꝛc. Deſerta ē hierl'ꝫ ꝛ oīs vꝛbis iuda ꝑpter malíciā quā fecerūt. vt ptꝫ Hier. xliiij. Pctm̄ nocet hoī a ſuperioꝛi qꝛ clamat vindictā. ꝛ ſpecialiter peccatuꝫ enoꝛme quodcūq̄ȝ: ſicut illud de quo dixit dn̄s ad cayn. Uox ſanguinis fr̄is tui clamat ad me de terra. Ben̄.iiij. Sil'r dixit dn̄s abꝛae: Clamoꝛ ſodomorū ꝛ gomoꝛreoꝝ venit ad me Ben̄.xviij. Clamoꝛ pctōꝝ veſtroꝝ ī aures dei ſabaoth introiuit. Jacob.v. Pctm̄ nocet hoī ab inferioꝛi rectā ei⁹ figurā ad multa incōmoda ī curuādo. Et ſpecialiter recidiuatio ī pctm̄ q̄ multū debilitat hoīem: ſicut recidiuatio in egritudinē debilitat coꝛp⁹ pl⁹ in ip̄m plura ꝑicula inducēdo. Un̄ in hui⁹ figura dꝛ: q̄ poſtq̄ȝ ambulauit Jorā in vias peſſimas ſic debilitat⁹ ē q̄ receſſit ab eo edom ꝛ no-

luit ei ſoluere tributa. 4. Re. viij. Dicit etiã q ppter pctm̃ Hierlm inſtabilis facta eſt. Treñ. i. Seruus ſalomonis auſus eſt inſurgere ɔtra eum propter pctã ſua. iij. Reg. xi. ad h facit chri parabola. Cũ imundus ſpũs exierit ab homine ꝛc. Lu. xi. Ob hãc cãm dixit dñs languido curato: Uade amplius noli peccare ne deterius tibi ɔtingat. Et idẽ dixit mulieri in adulterio deprehenſe. Joan. viij. Et iõ ad nrm ppoſitũ poſſemus p dicta tria capitula ɔcludere cũ auctoritate ſcti Augu. di. Q, pctm̃ ẽ difformitas quã deus deteſtat: iniqtas quam demon amplexat: infirmitas qua totus mũdus diſſipat.

¶ De penitentia peccatorũ. Cap. centeſimũ.

Penitentia debet fieri.
Statim ꝛ ſine dilatione.
Cum vera cordis ɔtritione.
Cum nuda confeſſione.
Cum integra ſatiſfactione.
Cum iuſtificatiõe ꝛ ſctitate.
Cũ receptiõe ꝛ benignitate.

Penitentia debet fieri celeriter ꝛ nõ differri vſq ad ſenectutẽ vel mortẽ. Nõ eñ eſt tutũ ire p deſertũ hui⁹ vite ſine amaritudie penitẽtie. In cuius figura qdiu pmanſit maria ſoror Moyſi extra caſtra nõ pceſſerũt filij iſrl p deſertũ. Num. xij. Hoc eſt etiaꝫ ɔſiliũ ſapiẽtis. Ne tardes venire ad dñꝫ / ꝛ ne differas de die i diẽ. Ecci. v. Ut dñs ad penitẽtiam feſtinã induceret hoies / dixit exemplũ de quibuſdã / ſup quos cecidit turris. Et ſubdit: Niſi pniam feceritis oẽs ſiml pibitis. Lu. xiij. Ad hoc idẽ facit parabola de ſeruis vigilantib ſcꝫ in pnia / ꝛ expectãtib dñm ſuũ qñ reuertat a nuptijſ. Lu. xij Quia diẽ ꝛ horã mortis penitus ignoramus. Nam ſm Greg. Nihil certius morte: nihil incertius hora mortis. Querentib quidã iudeis qd facturi eſſent. Rñdit petrus: Penitentiã agite. Act. ij. Dixerũt fideles: ergo de⁹ penitentib pniam dedit ad vitã in vita exercendam. Act. xi. Penitẽtia debet eſſe cũ ɔtritione cordis: cui⁹ ſignũ ſunt lachryme fluentes ab oculis. Ideo audiẽs ppls dñm iratũ eſſe ppter murmur eorꝫ: luxit ppls nimis / ꝛ in mane plus qꝫ deus pceperat facere voluerũt. Num. xiiij. Ad vo-

te angeli pplm icrepātꝫ leuauerūt vocē pariter ⁊ fleuerūt. Judi.ij. Lamentāte eſdra p pctis ppl'i/dictum eſt ei. Si eſt penitētia in iſrl' pcutiam⁹ fedus cuꝫ dño deo nr̄o ⁊c.i. Eſdre. x. Peccatrix mulier penitēs/ſic lachrymis abundauit q̄ de eis pedes dn̄i lauit. Lu.vij. Quia dn̄s vidit magnā in muliere ꝯtritioneꝫ in adulterio deprehēſam/ leuem ⁊ breuē ei penitentiā dedit dicēs: Uade amplius noli peccare. Joā.viij. Hō volens in pnia ꝯtritionē habere debet a turba ſecedere. In cuius ſignū Petrus qui peccauit in atrio/foris exiēs fleuit amare. Matt.xxvij. Penitentia poſt ꝯtritionē req̄rit nudā ⁊ apertā ꝯfeſſionē/ propter qđ dn̄s trāſtulit pctm̄ a Dauid: q2 ad reprehenſionē Nathan ſe humiliter accuſauit dicēs/ſe pctm̄ cōmiſiſſe. ij Re.xij. Poſt peccatū numeratiōis ppl'i/ꝯfeſſus eſt etiaꝫ di. Ego ſum qui peccaui. ij. Re.xxiiij. Ideo dicebat iob: Si iuſtificare me voluero/ os meū cōdēnabit me. Job. ix. Unde Dauid dixit: Confitebor aduerſū me iiuſticias meas dño: ⁊ tu remiſti ⁊c. ps xxxi. In hui⁹ figura dn̄s decē leproſis penitētib⁹ dixit: Ite ⁊ oſtēdite vos ſacerdotibus. ⁊ ſequit̄. Dū aūt irēt mūdati ſunt. Luc.xvij. De hac materia q̄re i cap. de ꝯfeſſione. Pnia poſt ꝯfeſſionē req̄rit integrā ſatiſfactionē q̄ cōſiſtit in aſperitate ieiuniorū. ⁊ deuotiōe orōnis: ⁊ largitione elemoſynarū/ vt p aſperitatē ⁊ ieiuniū ſatiſfaciamus p his que cōmiſimus in noſipſos. p orationē in his q̄ in deū. p elemoſynā i his q̄ in pximū fuimus operati. Ideo Achab prius ſceleratiſſim⁹ opuit carnē ſuam cilitio/ieiunauit ⁊ dormiuit in ſacco et ambulauit dimiſſo capite/ ⁊ dn̄s tēperauit penā quā ei inflixerat p pctō cōmiſſo. iij. Reg.xxi. Sacerdotes iduerāt ſe cilitijs ⁊ ieiunauerūt a timore holofernis.i.diaboli. Judith.iiij. Uiri niniuite fecerūt pniam: induti ſunt ſacco ⁊ ieiunauerūt/ ⁊ de⁹ indulſit. Joñ.iij. Judith habebat ſup lūbos ciliciū ⁊ ieiunabat oībus dieb⁹ vite ſue p̄ter ſabbata ⁊ neomenias. Judith. viij. Machabe⁹ ⁊ q̄ cum eo erant depcabant̄ dn̄m/caput terra aſpergētes: lūboſq̄ꝫ cilitijs pcincti ad altaris crepitudinē puoluti. ij. Mach.x.

Act.xxv. Prelati mali bona ſubditoꝝ rapiunt/furant/ꝛ deſtruunt:nō ꝓximoꝝ ꝛ ſubditoꝝ ſalutē/ſed ſuā ꝓpriam vtilitatē querētes. De talib⸫ dr̄: Principes tui infideles/ ſocij furū/ oēs diligūt munera ꝛc. Eſa.i. De Naboth pn cipe dr̄: Terrā diſpdidiſti/ et ppl'ʒ occidiſti. Eſa.xiiij. Per Ezechielē etiā dr̄ malis prophetis/plātis/ꝛ principib⸫/q̄ nō paſcunt gregē ſibi cōmiſſum/ſed deuorāt:lac comedebatꝭ ꝛ lana opiebamini. Eze. xxxiiij. Prelati etiā mali bn̄ficia ꝛ dignitates ſibi ſilibus tribuūt:nō attēdētes ad merita vel ad virtutes/ꝛ hoc ꝓpter pecuniā vel ꝓpter alia lucra. Talis fuit demetri⁹ qui ſummū ſacerdotē conſtituit Alchimū.i.Mach.vij. Bachides ſil'r elegit duos alios viros impios /ꝛ ꝯſtituit eos dn̄os.i.Mach.ix. Jaſon q̄ ſummū ſacerdotiuʒ emit ab Antiocho/fecit ritū gentiū: ꝛ ideo ſymonia heresis nūcupatur.ij.Mach.iiij. De hac materia q̄re plura exēpla s̄. de acceptiōe munerū. Item alia exēpla de auaricia. Prelati ꝛ principes mali habēdi ſunt in reuerētia:ꝛ eis deferēdus eſt honor.ratiōe ꝓlatōis nō ratiōe vite:ꝛ tenēda eſt eorum bona doctrina : licet ſit eoꝝ vita ſpernēda. Nā Dauid ꝑcuſſit cor ſuū: q: ꝓcide⸗rat orā clamidis Saul:nec ei fecerat quicq̄ȝ mali.i.Reg. xxiiij. Eorū vitā peſſimā nō ſequendā ſʒ nō ſpernēda v̄ba docet nos chr̄s cū ait:Sup cathedrā moyſi ſedert ſcribe et pharisei/ oīa q̄ vobis dixerint facite. Sequit:opa aūt illoꝝ nolite facere. Mat.23. Prelati ꝛ pncipes mali grauiter a dn̄o puniunt/etiā i p̄ſenti. Nā pcepit deus Moyſi/ſuſpendere oēs principes ꝯtra ſolē:q: ꝯſenſerant ppl'o in pctīs. Nū.xxv. Quia ſaul fuerat malus princeps:permiſit dn̄s q̄ totū pōdus belli irrueret ſup eū.i.Reg.xxxi. Rex Syrie dixit ſeruis ſuis q̄ ſolū ꝯtra regē iſrl' pugnarēt/qm̄ erat malus. Unde q̄dam eū inter pulmonē ꝛ ſtomachū ſuū ſagitta ꝑcuſſit.iij Reg.xxij. Sobna p̄poſitus templi/q̄ diu credebat viuere/audiuit a dn̄o: Quid tu hic ꝛc. ſequit: Expellā te de ſtatiōe tua. Eſa.xxij. Illi etiā mali ꝛ luxurioſi p̄ſbyteri qui ꝯtra ſuſannā innocēter tulerunt ſentētiā diuino iudicio fuerūt a ppl'o lapidati. Dan.

xiij. Nō ſolū prelatos ꝛ principes punit de⁹: ſed aliquando flagellat pplm ꝑpter malū principē et prelatū. Nam qꝛ Dauid cōtra voluntatem dñi pplm numerauit graui plaga ppls percuſſus eſt. ij. Reg. xxiiij.

¶ De proditiōe et ꝓditoribꝫ. Cap. cxi.

Proditor in ſua proditione.
Bñfacientibꝫ neſcit amicari
Carne attinentibus querit aduerſari.
Signis fraudulentibꝫ querit occultari.
Ambit ꝛ potentibus credit dominari.
Pacemqꝫ credentibus vult inſidiari.
Penis ſe torquentibus debet mancipari.

P Roditores nō parcūt ſuis bñfactoribus: nec eis recta amicitia coniungunt: inuidia vel aliquo vicio ſtimulari. Nā paciēte Saule vexationē a demone: cū Dauid qui eū liberauerat de obprobrio Goliath philiſtei pſalleret corā eo vt demonis vexationē minueret/ Saul niſus eſt eū lancea ꝑforare. i. Reg. xvi. ꝛ. xviij. Saluauit Dauid habitatores Ceile. ꝛ tñ ipſi ꝓditores/ eū in manu ſaul inimici ſui ad mortē tradere voluerūt. i. Re. xxiij. Multū fideliter faciebat vrias ī bellis quādo propter Dauid ꝓpriā domū ītrare noluit/ ꝛ tñ fecit eū portare litteras mortis ſue. ij. Reg. xi. Proditores aduerſant̄ ꝯſanguineis et carne coniūctis. Nā cayn exiuit cū frē ꝓditioſe ī agrū quē poſtea ꝑ inuidiā interfecit. Gen̄. iiij. Licet diuina diſpenſatiōe ſit factū. Jacob ꝑ bñditiōe paterna Eſau prodiēs ſupplātauit. Gen̄. xxvij. Amon vocauit Thamar ſororē ſuā quaſi accepturus cibum de manu ei⁹ quā poſtea violēter oppreſſit. Jdeo mulieres nō debent verbis fallacibus hominuꝫ credere quacunqꝫ conſanguinitate iungant̄ ne decipiant̄. ij. Re. xiij Abſalon fratrē ſuū ꝓditioſe ad ꝯuiuium inuitauit/ quem poſtea temulentū de ei⁹ ꝑcepto pueri occiderūt. ij. Reg. xiij. Proditores ſignis fallacibꝫ ꝛ fraudulentis ſuas ꝓditiōes palliare nitunt̄: aliqñ falſis ꝓmiſſiōibꝫ: aliqñ fraudulētis oſculis/ aliqñ falſis ꝛ ſimulatꝫ lachrymis. Nā ſaul

ꝑmiſit Dauid filiā ſuaȝ vt a
philiſteis occideret. i. Re. 18
Promiſit ſaul ionathe ꝙ am
plius nō perſequeret Dauid
quē poſtea coraȝ ſe ſtatim in
terficere conabat. i. Reg. xix.
Palliat aliqn̄ ꝓditio lachry
mis. Nā poſtꝗ̄ Saul fleret
q̄ſi doleret ꝑ ꝑſecutōe dauid
et iuraret euȝ nō ꝑſequi am
plius/ ꝑſecutus eſt eū poſtea
ſicut prius. i. Re. xxiiij. Uxor
Samſonis ⁊ Dalila funde
bāt multas lachrymas apō
eū/ ⁊ ambe eū poſtea decepe
rūt. Judi. xvi. Salutatione
⁊ oſculis ⁊ verbis p̄cedētibꝫ
aliqn̄ ſuas neq̄tias palliunt
deceptores et ꝓditores. Nā
cū ſalutaſſet Joab Amaſam
⁊ q̄ſi oſculare volēs/ apprehē
deret mentum eius ⁊ diceret:
Salue mi frater: eū ꝑcuſſit
gladio in iguine ⁊ occidit. ij.
Reg. xx. Illa nephanda ꝓdi
tio ſaluatoris quā Judas peſ
ſimꝰ p. xxx. denarijs ꝑpetra
uit/ fuit ſalutatione p̄miſſa/ ⁊
fraudulenti oſculo palliata.
Matth. xxvi. Judei Paulo
parauerāt īſidias: ⁊ tn̄ aliud
p̄tendebāt. Act. xxiij. Prodi
tores ꝓpter ambitionē domi
nij ꝓditiōes exercēt/ cupiētes
ex h̄ alijs dn̄ari. Sic Zābri
ꝓpter appetitū dominij/ belā
ſuū dn̄m interfecit. iij. Re. 16
Sellū filiꝰ Jabes ↄiurauit
ↄtra Zachariā dn̄m ſuum/ ⁊
interfecit eū: ⁊ regnauit poſt
eum tantūmō vno mēſe. iiij.
Re. xv. Cū ſennacherib ī do
mo dn̄i ſui adoraret: duo eiꝰ
filij eū ꝓpter ambitionē do
minij occiderūt: licet neuter
eoꝝ regnauerit vt credebāt.
iiij. Re. 19. Triphō cū ambu
laret cū antiocho dn̄o ſuo eū
doloſe ⁊ proditioſe occidit/ ⁊
qd̄ ille habuerat vſurpauit. i.
Mach. xiij. Proditores ſub
noīe pacis alios decipiūt ⁊
occidūt. Sic q̄dā īimici nee
mie ſecū voluerūt amicitiā fa
cere vt eū ꝓditioſe fraudarēt
Nee. vi. Iſmahel filiꝰ natha
nie/ ⁊ alij cū eo cū godolia ī ſi
gnū pacis ⁊ amicitie comede
rūt/ ⁊ pꝰ prādiū eū cū multis
alijs occiderūt. Hier. xli. Anti
ochꝰ pacē ſimulās/ pacē ꝓmi
ſit: ⁊ muros hierl'ȝ poſtea diſ
ſipauit. i. mach. vi. Pacifice
fuit p̄nceps tributoꝝ locutꝰ
qui ꝑcuſſit poſtea ciuitatē. i.
Mach. i. Triphon ſub noīe
pacis ionathā comprehēdit
quā ꝓditorie cū filijs ſuis īter
fec. i. Mach. xij. Appolloniꝰ
ī hierl'm/ ſimulās pacē venit/
⁊ vſq; ad diē ſabbati req̄euit/
ſȝ poſtea a iudeis feſtinātibꝫ-

maximã mľtitudinẽ ĩterfecit ij. Mach. v. Proditores ſta/tim et grauiter puniuntur a deo: et ſunt inter alia genera pctõꝝ grauiter ab oĩbus ho minibꝫ puniẽdi. Sic fuit pu nitus Zambri/ q̄ poſt ꝓditio nẽ regnauit tantũmodo ſeptẽ diebꝫ/ ꝛ poſtea incẽdio ſe ꝑe/mit. iij. Reg. xvi. Sic ianito res Aſſueri q̄ ꝯtra eũ volue/rũt inſurgere in patibulo ſũt ſuſpenſi. Heſt. ij. Judas ma/chabeus illos q̄ ꝑ pecuniam inimicos ꝑmiſerũt recedere tanq̄ꝫ proditores ꝛ fratrũ vẽ/ditores occidit. ij. Mach. x. Judas q̄ chr̄m tradidit poſt modicũ abiẽs: laqueo ſe ſu/ſpendit. Matth. xxvi.

¶De pſperitate mũdana. Cap. cxij.

Proſperitas mundana eſt.
In delitijs cauſa delictoruꝫ male terminabilis.
In diuitijs laqueus ſtultoꝝ vltio damnabilis.
Tenet in vitijs dignitas ho noꝝ/ſed parũ ꝑdurabilis.
Gaudet leticijs belli triũpho rum breui mora labilis.
Sed in amicitijs globũ dat multoꝝ dũ aſperaꝰ ſteriľ.

P Roſperi tas mũdana q̄ eſt in delitijs corpis/cã eſt multoꝝ pctõꝝ ꝛ ſpecialiter carnaliũ ꝛ male terminaꝰ. Exẽplũ de Sodomis quoꝝ culpa fuit cauſa abũdãtia panis ꝛ ocij ꝑpter qđ nephãda ſcelera cõ miſerũt. Gen. xix. Filij Jãbri faciẽtibꝫ nuptias venerũt in dei cũ Jonatha multitudinẽ occidẽtes ꝛ cõuerſe ſunt nu/ptie in lamentũ/ ꝛ ſonitꝰ mu/ſicorũ in luctũ ꝛ gaudiũ ĩ me rorẽ. i. Mach. ix. Filijs ꝛ fi/liabꝫ Job veſcentibꝫ vinũ in domo primogeniti frĩs: do/mus ſuper eos cecidit oppri mens ſingulos / ꝛ occidens. Job. i. Finis delitiarũ enim eſt mors ꝛ odiũ dei: ſicut nee mias dicebat expreſſe: Mã/ducauerũt ꝛ ſaturati ſũt abũ/dauerẽt delitijs/ ꝛ ad iracũdiã uocãtes. Nee. ix. Jlle diues epulo / q̄ epulabaꝰ quotidie ſplẽdide in breui portatꝰ eſt ad inferos ꝛ torquebaꝰ in lin gua. Luce. xvi. Proſperitas mũdana q̄ eſt in diuitijs ho/minẽ infatuat/ ꝛ ad dãnatio nẽ eternã inducit. Nã argen tum tẽpore Salomonis nõ erat alicuius valoris: qꝛ tan ta erat in hierľm copia argẽti quãta ꝛ lapidum. iij. Reg. x. Unde Ecci. xlvij. Collegi/ſti quaſi auricalcũ aurũ/ ꝛ vt

plumbũ cõpleſti argentũ / ſʒ plus nocuit ſalomoni tanta rerũ abũdantia q̃ꝫ tãta ſapiẽtia ꝓfuiſſet. iij. Reg. xi. Abũdantiã rerũ tẽporaliũ deſpiciendã oñdit exemplũ quod dñs poſuit de diuite: cuius ager vberrimos fruct⁹ afferebat. Lu. xij. Adoleſcens qui erat diues / triſtis receſſit a dño / quãdo audiuit ab eo ꝙ oportebat eũ pauperẽ fieri ſi eſſe vellet de numero ꝑfectorũ. Matt. xix. Diues ille qui tot abũdabat diuitijs / vt biſſo ſꝑ ꝛ purpure veſtiret̃. ad tãtã venit iopiã / ꝙ guttã aque petẽs ñ potuit obtinere / nec obtinebit eternalr̃. Luc. xvi. Proſperitas mũdana q̃ eſt i honoribꝫ ꝛ dignitatibꝫ hoĩeꝫ ligat vinculis vitiorũ / ſʒ paꝝ durat. Nam ſaul anteq̃ꝫ eſſet ĩ regia dignitate: fuit bonitate decorat⁹ / q̃ accepto regno cuncta quaſi precepta dñi ꝑterijt. i. Reg. xv. Dauid propter multitudinẽ ſubditoruꝫ ſupbiendo pplm̃ numerauit. ij. Re. xxiiij. Jeroboã anteq̃ꝫ eſſet rex / puer bone idolis extitiſſe legit̃: qui habito regno vitulos adorauit ꝛ pplm̃ ſilr̃ adorare fecit. iij. Reg. xij. Cũ roboratus eſſet Ozias / eleuatũ eſt cor ei⁹ ꝛ voluit adolere incenſum: ꝛ qꝛ rep̃heñſus eſt a ſacerdotibꝫ deſiſtere noluit / meruit incurrere plagaꝫ lepre. ij. Para. xxvi. Manaſſes rex iuda / fuit peſſim⁹ tpe regie dignitatꝭ: ſed anguſtiatus / ꝛ vinctus in Babylone. agens penitentiã / fuit bon⁹. ij. Para. xxxiij. Modicũ durãt honores ꝛ dignitates / et male vt ĩ plurimũ terminãtur. Nã Aman q̃ erat ſecũd⁹ a rege / ꝛ adorabat̃ ab oĩbus / poſtmodũ eſt turpiter ſuſpẽſus. Heſt. vij. Statuã quã vidit Nabuchodonoſor percuſſam a lapide / ꝛ in fauillaꝫ redactã: indicat ꝓſperitatem mũdanã in dignitatibꝫ ꝛ honoribꝫ nihil eſſe. Dañ. ij. Magnũ fecerũt honorẽ iudei domino in Hierl'm veniẽti: ſed in ſero reuerſus eſt in Bethaniã. qꝛ in Hierl'm nõ inuenit hoſpiciũ. ꝛ poſt dies paucıſſimos / ẽ ab ipſis turpiter crucifixus ꝛ occiſus. Joan. xix. Cũ ppl's laudes diuinas acclamaret Herodi: ipſe Herodes ab angelo eſt percuſſus. Act. xij. Proſperitas mũdana q̃ eſt ĩ victorijs ꝛ triũphis de quibꝫ hoĩes ꝯſueuerũt letari / frequẽter eſt occaſio peccatoꝝ / cito labit̃ / ꝛ in triſticiã cõmutat̃. Nã Gedeon excu-

tiēs frumentum in torculari/ fuit bonus/ ita q̄ ei angelus voluit apparere/ q̄ poſtea ob tēta magna victoria/ fuit ma lus. Judi. vi. Dauid primo fuit ſctūs. poſt multas victo rias glorioſas/ adulterium ⁊ homicidiū ꝑpetrauit. ij. Re. xi. Q̄ parū duret huiuſmo/ di pſperitas patet. Nā poſt/ q̄ꝫ Amaſias rex iuda debella uit edom/eleuatus/male ſuc/ ceſſit ſibi quādo cū Joas re ge voluit preliare. iiij. Reg. xiiij. Ptolomeus debellato Alexādro / ⁊ habito eius ca/ pite tribus dieb᷒ tantūmodo ſuꝑ vixit. i. mach. xi. Proſpe/ ritas mūdana in p̄dict꞉ omi bus hoc ſolū habet/ q̄ ꝯgre/ gat hoī multitudinē amico/ rū qui tribulationis ⁊ angu/ ſtie tempore diſperguntur. iuxta illud Ouidij i de pōto: Tēpore felici multos nume/ rabis amicos. Tēpora ſi fue rint nubila ſolus eris. Hoc patet in Thobia qui quādo erat paup: ⁊ cecus. Thob. ij nō legimus eū ab aliquo cō/ ſanguineo viſitatū: ſed poſt q̄ꝫ fuit illuminat⁹: ⁊ diues ve nerūt ad eū ꝯſanguinei gau/ dētes Tho. xi. Job q̄ꝫdiu fu it afflictus nō habuit amicū ei aliquid deſeruientē: ſed cō ſolatores habuit oneroſos: ſed poſtq̄ꝫ deus dedit ei du/ plicia/ venerūt ad eū fratres ſui ferētes vnuſquiſq̄ꝫ ouem vnam ⁊c. Job. vlti.

¶De prudentia ⁊ ſagacitate. Cap. cxiij.

Prudentis officium eſt.
Verba quedam fingere et ſe ſimulare.
Diſcordes reſtringere eoſq̄ꝫ placare.
Iram non impingere ſed ab ſentare.
Falſos arte ꝯſtringere atq̄ꝫ reprobare.
Ordine depingere ordinate q̄ꝫ dare.
Anteq̄ꝫ attingere opa ꝓbare
Verbis multa fingere pau/ caq̄ꝫ monſtrare.
Robur attingere et diſſimu/ lare.

p PRudentia magna eſt ſimulare et fingere verba/ ⁊ vnū aliquā/ do oſtēdere ꝓ alio. Nā abraā veniens in egyptū celerauit veritatē/ vxorē dicēs eſſe ſo/ rorē. Gene. xij. Simile fecit Abraā qn̄ venit ad Abyme/ lech regē. Gen̄. xx. Samuel ſimulauit ſe velle offerre ſa/ crificiū cū veniret vt Dauid

vngeret in regem. i. Reg. xvi. Magna ſagacitate vſus eſt Joſue ſimulando fugam in obſidione vrbis Hay. Joſ. viij. Callide cogitauerūt gabaonite ſimulantes ſe venire de lōginquo. Joſ. ix. Ayoth ſimulās ſe portare pecuniaꝫ vel munera. Eglon eum aſtute decepit. Judi. iij. Dauid coram Achis ſimulauit ſe fatuum/ vt poſſet ab eo fugere. i. Reg. xxi. Jehu ſe finxit honorare ꝓphetas Baal poſtea occidit eos. iiij. Regū. x. Simulauit villicus pietatē erga debitores: cuius prudentiā dn̄s cōmendauit. Lu. xvi Prudentis officiū eſt per verba dulcia placare iratos et diſcordes. Sic prudēter placauit Abraam Loth: ⁊ ſedauit iurgiū inter vtriuſqꝫ paſtores. Gen. xiij. Nuncij miſſi ad filios Ruben prudēter locuti ſunt: ⁊ illi prudenter placauerūt eos. Joſue. xxij. Abygail prudenter placauit Dauid iratū contra Nabal virum ſuū. i. Reg. xxv. Verba mulieris prudentis fecerunt reuocare Abſalon ad Dauid contra eum iratuꝫ. ij. Reg. xiiij. Sapiens mulier de abela fecit Joab ab obſidione recedere. ij. Reg. xx. Filij iſrael ſimulātes fugā caute debellauerūt tribū Beniamin. Judi. xx. Prudentia eſt iram nō impingere: ſed ſe abſentare. Nam poſtqꝫ rebecca conſuluit filio ſuo Jacob vt obtineret benedictionem conſuluit/ vt abſentaret ſe ab ira fratris ſui Eſau acquieuit ei. Gen̄. xxvij. Exploratores quos miſit Joſue prudēter egerunt: vt cederēt furori. Joſue. ij. Diſcrete prohibuit ezechias ne ppl'ꝫ rn̄deret nūcijs regis aſſyrioꝝ loquētibꝫ blaſphemias: qꝛ nō expedit rudes ꝯtra linguatos infideles litigare. iiij. Regū. xviij. Prudētis eſt ꝑ verba deprehendere falſos/ ⁊ artē arte deludere: nā arte deluſit iacob laban: qn̄ voluit ei dare ꝓ labore mercedē. Gen̄. xxxi. Joſeph caute deprehendit frēs ſuos ꝑ verba eorū. Gen̄. xlij. Deprehēdit Jepte prudēter ꝙ eſſent ephretei ⁊ galaadite ꝑ ceboleth. Jud. xij. Salomon depħēdit mulierē meretricē nō eſſe matrē pueri per verba ſua. iij. Reg. iij. Daniel prudenter cōuicit ⁊ cōprehēdit illos duos ſenes teſtes falſos ꝑ verba eorū. Dan̄. xiij. Sapiēter depħendit Chr̄s phariſeos interrogantes/ in

cuius poteſtate faceret mira/ cula. Mat.xxi. Prudētis vi/ ri eſt/oīa ordinare/ꝛ oīa face/ re cū diſcretōe: maxime in di uiſione bonoꝝ/ne ſequentes poſtea ↄtendāt. Jō abraā or/ dinate diuiſit filijs bona ſua ne poſtea inter ſe certarent. Geñ:xxv. Ordinate ꝛ ſagaci ter egit Jacob qñ debuit ob uiare fratri ſuo irato mune/ ra p̄mittēdo/ res diuidēdo/ꝛ nimis dilectos maiori ꝑicu/ lo exponēdo. Geñ.xxxij. Pru dens debet rē aliquā ꝓbare prius anteq̄ꝫ attēptet eā. Nā moyſes anteq̄ꝫ inuaderet ter/ rā ꝓmiſſiōis miſit explorato res ſuos. Nū.xiij. Sil'e fecit Joſue. Joſ.ij. Dauid ꝓbauit ſapiēter ſi poſſet armatus in/ cedere anteq̄ꝫ iret ad bellū.i. Reg.xvij. Gedeō ꝓbauit vi/ ros valētes ꝛ ꝓbos ad fontē aque anteq̄ꝫ ↄmitteret bellū. Judi.vij. Prudētes ꝛ diſcre ti cognoſcunt̄ in verbis/ſiue futura p̄cogitādo/ſiue ↄgru/ entes parabolas aſſumendo vel diſcrete loquēdo/ vel bo/ nū ↄſiliū dando. Nā ioſeph corā Pharaone ſomnia pru dēter expoſuit:ꝛ vt ſapiēs bo nū ↄſiliū ſibi dedit. Geñ.xli. Diſcretū ꝛ prudēs ↄſiliū de/ dit Jetro Moyſi/vt ꝓlatum eligeret in pp'lo. Exod.xviij. Sil'itudinē prudentē acce/ pit Nathan arguēdo dauid de pctō ſuo. ij. Reg.xij. Ro/ boam fuit imprudēs q̄ ſenuꝫ ↄſiliū nō adipleuit / ſed iuue/ nū.iij. Reg.xij. Filius ꝓphe/ te prudentē ſil'itudinē dedit/ qñ Achab reꝑhendit ꝛ Jo/ ſaphat cōmendauit. iij. Re. xxij. Magne prudētie verbū dixit Zorobabel de fortitudi ne mulierum ꝛ veritatis. iij. Eſdre. iiij. Jnter prudentie documēta thobie fuit ꝙ ↄſi/ liū a ſapiente filius quereret. Tho.iiij. Uiſiōes nabucho donoſor Daniel prudēter ex poſuit. Dañ.ij.ꝛ.iiij.c. Mire prudētie ꝛ diſcretiōis fuerūt verba marie ad angelū / ꝛ ad Eliſabeth. Lu.i. Prudentie ſignū ē diſſimulare iniurias: licet cognoſcat q̄d ſit. Nam Saul diſſimulabat pruden ter audire male de ſeipſo lo/ quētes. i. Reg.x. Cognouit Judas dolum Nichanoris et ſe prudenter extraxit. ſcd'i. Mach.viij. Symō cogno uit dolū Triphonis/ ꝛ tñ fe/ cit qd̄ petijt/vt ſcandalū vita ret.i. Mach.xiij. Uolēs pau lus ire in Syriā cognoſcēs paratas inſidias/caute decli nauit. Act.xvij. Paulus pru

denter aduertēs fraudē volentiū eū ducere in hierl'z/ ad Ceſarē appellauit. Act.xxv

¶ De pueris bone indolis. Cap.cxiiij.

Pueri boni ſunt/
Male agentib; diſſentiētes.
Suis parentib; obediētes.
Rebus decētib; ſe exercētes.

Pueri bone indolis ſunt obediētes parentib; nec murmurāt qñ aliqd eis pcipit. Nā Iſaac non legit murmuraſſe qñ pater eū voluit imolare. Ge.xxij. Quādo Dauid debebat vngi in regē erat puer/ ꝛ paſcens oues tanq̄ patri obediēs. i. Reg.xvi. Pueri boni cognoſcunt/ ſi vicia ꝛ malas ſocietates odiunt. Nam Ioſeph tanq̄ crimē odiens accuſauit frēs ſuos crimine peſſimo. Gene.xxxvij. Thobias cū eſſet iunior / ſic puerilia vitia odiuit/ ꝙ nihil puerile geſſit. Tho.i. Septē fratribus adoleſcentib; ſic erat odiū ſacrilegiū / vt crudeles ſuſtinerent penas.ij. Mach.vij. Pueri boni ſe ad bona exercitant: ꝛ eccleſias ꝛ loca ſctā frequentāt. Nā ſamuel adhuc puer / miniſter erat in ↄſpectu dñi. i. Reg.ij. Ioas erat ſeptē annoꝝ cū regnare cepiſſet/ ꝛ fecit bonū corā domino. iiij. Reg.xij. Daniel et ſocij eius ſine magiſtro legē ſeruātes ſobrie ꝛ ſancte inter pueros gētiles vixerūt. Dā.i. Ioānes baptiſta ↄfortabat ſpū ꝛ creſcebat: ꝛ erat in deſerto vſq; ad diem oſtenſiōis ſue. Lu.ij. Ieſus puer duodēnis inuētus eſt in tēplo inter doctores/ ꝛ deſcēdit cum parentib; ſuis/ ꝛ erat ſubdit⁹ illis/ omnib; pueris in exemplum. Lu.ij.

¶ De punitiōe delinquētiū. Cap.cxv.

Punit deus delinquētes ꝑpter peccatum:
Tranſgreſſionis obediētie non obſequendo.
Mōſtrationis incontinentie laſciuiendo.
Elationis ꝛ excellentie ſuperbiendo.
Rebellionis ſue potentie vana colendo.
Turbationis ꝛ impacientie iram ſequendo.
Detractionis et inuidentie murmur inferendo.
Exactōis et affluentie in appetendo.
Repletionis et corpulentie

in comedendo.
Preſumptionis et irreuerentie in deridendo.
Oſtenſionis ꝛ extollentie ſe preferendo.
Obmiſſionis et negligentie non exercendo.

Punit deus ꝗuit pctm̄ iobedientie. Nā ꝑmi parētes grauiter puniti ſunt ꝑpter pctm̄ iobedientie/ꝗ credebāt ſe non ita grauiter puniri. Geñ. iij. Colligēs ligna in ſabbato cōtra dei ꝑceptū fuit dei nutu a populo lapidatꝰ. Nū. xv. Quia Saul fuit inobediēs deo in cede Amalech/ reprobatꝰ eſt a regno. i. Re. xv. Uir dei cōtra volūtatē dñi comedit panē in domo ꝓphete fuit a leone occiſus. iij. Reg. xiij. Ciuitatē ſanctā ꝑmiſit deꝰ deſtrui ꝛ ppl'm captiuari ꝑpter inobedientiā. iiij. Reg. xxv. Punit deꝰ pctm̄ luxurie. Nā originali mūdo non pepcit. ſed pene totū aquis diluuij deleuit: qꝛ oīs caro corrupat viā ſuā/luxurioſe viuēdo. Ge. vi. ꝛ. vij: Quinqꝫ ciuitates fetēti ſulphure ꝛ igni / delete ſūt/ ꝑpter pctm̄ ꝯtra naturā. Ge. xix. Propter pctm̄ cōmiſſuꝫ in vxorē leuite / q̄ſi tota tribꝯ beniamin fuit deſtructa. Iudi. xx. Punit deꝰ pctm̄ ſuperbie. Nā Pharao cū egyptijs ſubmerſi ſunt ꝑpter ſupbiaꝫ Exodi. xiiij. Septuaginta duo milia hoīm mortui ſunt ꝑpter ſuperbiā Dauid qui fecerat numerare ppl'm. ij. Re. xxiiij. Antiochus ſupbus/fuit graui plaga ꝑcuſſus/ita vt vermibꝯ ſcaturiret. ij. Mach ix. Herodes ſupbus / cui populus acclamabat honores diuinos/ percuſſus ab angelo/a vermibus eſt cōmeſtus. Act. xij. Punit deꝰ pctm̄ idolatrie. Nā ꝑpter idolū qđ adorauerūt idololatre / ceciderūt vna die vigintitria milia hoīm. Exo. xxxij. Egreſſus eſt ignis ꝛ deuorabat nadab ꝛ abiu/qꝛ obtulerūt ignē alienū. Leui. x. Punit deus pctm̄ ire. Nā blaſphemꝰ qui ex ira blaſphemauerat dñm/ lapidatus eſt a ppl'o. Leui. xxiiij. Seruus nequā/ꝗ noluit dimittere proximo ſuo/ miſſus eſt in carcerem donec redderet vniuerſum debitū. Mat. xviij. Punit deus peccatū murmurationis. Nam murmurante ppl'o /egreſſus eſt ignis / ꝛ deuorauit caſtra. Num. xi. Maria ꝑcuſſa eſt lepra: qꝛ ꝯtra Moyſen mur/

murauit. Num.xij. Serpentes ignitos miſit dñs in pplꝫ murmurantē. Num.xxi. Punit de⁹ pctm̄ auaritie. Nam Achan cum ſuppellectili ſua periijt: quia de anathemate ꝑ auariciā tulit Joſ.vij. Grauiter punit⁹ eſt Giezi q̄ munera a Naamā ꝓpter auariciā ceperat.iiij. Reg.v. Heliodor⁹ fuit male flagellatus: qꝛ theſaurū viduarū voluit aſportare. ij. Mach.iij. Auaricia Ananie ꝛ Saphire fuit per Petrū graui punitiōe punita. Act.v. Punit deus pctm̄ gule: vt patet in primis parētibꝫ comedentibꝫ pomū vetitū. Gen̄.iij. Filij Hely q̄ violenter tulerāt carnes crudas vt lautius pararēt / q̄s pater eoꝝ nō corripuerat ſicut debuit/grauiter cū patre ſūt puniti a dño.i. Reg.iiij. Punit de⁹ pctm̄ irreuerētie ad deuꝫ ꝛ ad hoīes. Nā oza cū irreuerēter tangeret archā dñi vt iuuaret/ꝑcuſſus eſt a dño/et ibidē mortuus eſt.ij. Reg.vi. Quadraginta duo pueri ab vrſis lacerati fuerūt: quia irreuerēter heliſeū deridebāt. iiij. Reg.ij. Ozias qꝛ ad modū ſacerdotū voluit adolere: nō exhibēs ſacrificio reuerētiā eſt fact⁹ leproſus. ij. Parali.xxvi. Punit de⁹ pctm̄ vane gl'ie. Nā Ezechias q̄ oſtēdit theſauros ſuos nūcijs regis babylonie oēs dei ſentētia amiſit.iiij. Reg.xx. Quia eleuate ſūt filie ſyō erit ꝓ ſuaui odore fetor. Eſa.iij. Punit deus pctm̄ accidie. Naꝫ ſeruū inutilē qui talentū ſibi cōmiſſum multiplicare non ſtuduit precepit eū dñs in tenebras mitti exteriores/ꝛ acriter puniri. Matt.xxv. De hac materia q̄re plura exempla de accidia.

## ¶ De puſillanimitate. Cap.cxvi.

Puſillanimes ꝛ timidi
Parua timentes magna ſortiuntur.
Praue mordētes murmura ſequuntur.
Cuncta pauentes timidi feruntur.
Bella gerētes ſepi⁹ vincunt̄.

Puſillanimes dū timent minas vincunt̄ ꝛ ruūt in magna ꝑicula. Nam Loth qui timuit ſaluari ī mōte/cecidit poſtea in inceſtum et ſtuprum filiarum. Geneſis.xix. Sedechias dum timuit diſplicere ꝓncipibus in mortem Biere-

mie conſenſit. Hiere. xxxviij. Darius rex perſarū timens ꝯtradicere ſatrapis/miſit daniel ē in lacū leonū. Dan̄. vi. Dum petrus timuit vocem mulieris/ter Chr̄m negauit. Math. xxvi. Puſillanimes murmurare ſolent: ſicut filij iſrael qn̄ viderunt egyptios veniētes poſt ſe/ nō attēdētes miracula dei/timentes murmurare ceperūt. Exod. xiiij. Perlato ab exploratoribꝫ terre ꝓmiſſiōis/cultores eſſe fortiſſimos/ murmurauit ppl's. Nū. xiiij. Puſillanimes oīa timēt/etiā nō timēda. Nā filij iſrl' audiētes vocē dn̄i: dixerūt timētes Moyſi: Non loquaẜ nobis dn̄s / loquere tu nobis. Exo. xx. Balac timens iſrael / miſit ad Balaā plus ꝯfidens in verbis q̄ꝫ in armis. Num̄. xxij. Gabaonite dixerūt ad Joſue/ ⁊ ad euꝫ veniētes ⁊ timētes / fecerunt pacta que ipſe voluit. Joſue ix. Uidēs petrus ventū validum timuit / qn̄ ſup mare ad dn̄m ambulabat. Mat. xiiij. Timuiſſe videẜ Nycodemꝰ q̄ venit ad Jeſum nocte q̄ſi nō audēs ire de die. Joā. iij. Arguit dn̄s diſcipl'os q̄ ipo p̄ſente in mari fluctuantes timebāt. Mat. viij. Diſcipuli timētes/Chriſtū reliquerūt: ⁊ adoleſcens ſindone nudus aufugit. Mar. xiiij. Ceci nati parētes timidi rn̄derūt: qꝛ timebāt extra ſynagogā fieri Joā. ix. Puſillanimes eſſe in prelijs piculoſum eſt. Nam poſtq̄ꝫ filij iſrl' Hay fugauerunt filios iſrl'/⁊ mortui ſunt trigintaſex homīes / expauit cor ppl'i: ⁊ inſtar aque liquefactū eſt. Joſue. vij. Gedeon pugnaturus dixit exercitui ſuo: Qui formiduloſus eſt reuertaẜ: ⁊ reuerſi ſunt viginti duo milia. Judi. vij. Iſraelite audiētes Goliath timuerūt nimis et fugierūt p̄ timore. i. Reg. xvij. Saul videns caſtra philiſtinorū / timuit ⁊ expauit cor eiꝰ: ⁊ ibi occubuit. i. Reg. xxviij. Roboā rudis ⁊ corde pauido/ nō potuit reſiſtere exercitui Jeroboā. ij. Para. xiij. Mortuo holoferne ſuus exercitus eſt ſolo timore fugatus. Judith. xiiij. Uidēs iudas machabeꝰ qđ defluxit exercitus eiꝰ/ ⁊ bellū vrgeret cōtra eū / fractus eſt corde: ⁊ in bello illo cecidit/ nec alibi legiẜ timuiſſe. primi Macb. ix.

¶De ſabbati obſeruatione.
Caput. cxvij.

Sabbatis et feſtiuis diebꝰ debent.
Quieſcētes nihil operari vanitatis.
Delinquentes male tormentari pro peccatis.
Attendentes verba predicari veritatis.
Omnes gentes rebus occupari ſanctitatis.

Sabbatum interpretat̄ requies / qr in ſabbatꝭ ſeu feſtis debet hō quieſcere ab omi ope ſeruili/ ⁊ feſta cuſtodire. Quia requieuit dn̄s die ſeptimo ab omi ope ſuo qd patrarat. Geñ.ij. Ob hāc cām filij iſrael colligebāt manna die feſto in duplo vt ſabbato feſtiuarent. Exo.xvi. Inter p̄cepta decalogi ſolius mādati de obſeruātia ſabbati ratio redditur. Exo.xx. Ita iudei cuſtodiebāt ſabbatū q̄ nolebāt ſe defendere ab impugnatoribus i. Mach.ij. Mulieres ſctē q̄ parauerūt aromata ad vngēdū chrm ſabbato ſiluerunt. Luc.xxiij. In huius figura requieuit dn̄s die ſabbato in ſepulchro. ibidē. Sabbatuꝫ nō obſeruātes debēt corripi ⁊ puniri. Nā colligens ligna in ſabbato/ iuſſu dn̄o fuit lapidatus. Nū.xv. Arguit neemias calcantes torcularia ⁊ portātes onera ī die ſabbati Nee.xiij. Sabbati ⁊ feſtorū obſeruatio debet ppl'o nūciari/ ⁊ in feſtis verbū dei p̄dicari. Idō hoc preceptū de cuſtodia ſabbati frequēter repetit̄. Exo.xx. Nycanorē volentē p̄liari die ſabbati iudei ſequētes eū/ iſtruxerūt ſabbatū obſuare. ij. Mach.xv. Ob hāc cāz dixit Paulꝰ: Ignorātes Jeſum ⁊ voces pphetarū q̄ p oē ſabbatū legunt̄. Act.xiij. Dicit̄ etiā q̄ apl'i loquebant̄ cū mulieribꝰ q̄ ꝯuenerāt die ſabbatorum. Act.xvi. Sabbato vel feſtis diebus debet hō multa bona facere vel plura q̄ ferialibꝰ diebꝰ. Nā die ſabbati offerebant̄ duo agni: et alijs diebꝰ vnꝰ. Num.xxviij. Ppl's iſrl' vidēs q̄ hoſtes die ſabbati eos īpugnarēt/ meliꝰ cogitauerūt ſe defendere: vt oſtendat̄ q̄ iſtis diebꝰ magis reſiſtendū ſit tentationibꝰ vl' impugnatiōibꝰ. i Mach.ij. Chriſtus multa miracula fecit in ſabbato: vt patet p oīa euāgelia: ⁊ huiꝰ triplex eſt ratio. Prima/ vt ſe oñderet dn̄ꝫ ſabbati/ dn̄s em̄ eſt filiꝰ hoīs etiā ſabbati. Matt.xij. Secunda/ vt intelligeret̄ q̄ a ma

lo ceſſandū eſt/ nō a bono / ſꝫ
ſabbato bene facere. Quia li
cet die Sabbati benefacere
Matt. xij. Tertia vt plures
edificarent̄ ex viſione mira/
culi: vt patet in ſanatione in/
clinate femine. Lu. xiij.

¶De ſapientia mulierum.
Cap. cxviij.

Sapiētes debēt eē mlīeres.
Filialem inducētes exhorta
tionem.
Coniugalem exercētes ope/
rationem.
Uidualem ſuſtinentes deſo
lationem.
Uirginalem offerentes illi/
bationem.
Corporalē impedientes vio
lationem.

ſ Apientes
mulieres ſunt que fi/
lios ſuos īſtruūt / ꝛ eis bona
procurāt. Nā Sara pruden
ter procurās/ intellexit ludꝫ
Iſmahelis cū filio ſuo Iſa/
ac nō eſſe bonū/ ꝛ voluit dn̄s
ꝙ abraā acquieſceret volūta
ti ei⁹. Gen̄. xxi. Rebecca fuit
valde argumētoſa ad inſtru
endū iacob: vt haberet bn̄di
tionē. Gen̄. xxvij. Caute etiā
docuit ipſa Iacob vt abſcō
deret ſe ab ira frīs ſui. Gene.
xxviij. Berſabee mater Sa/
lomonis / ſapiēter verba pro
poſuit/ vt filius ei⁹ regnaret.
iij. Reg. i. Una illarū duarū
meretricuꝫ ſapiēter allegauit
Salomoni/ vt fili⁹ eius non
diuideret̄. iij. Reg. iij. Mu/
lier Sunamitis/ noluit pro
pter giezi dimittere Heliſeū
vt filiū ſuſcitaret. iiij. Re. iiij.
Sapiētes debēt eſſe mulie/
res coniugate/ ꝛ prudēter vi/
ris ꝛ alijs reſpondere. Nam
Delbora vxor Lapidoth ſa
piēter docuit Barath pplm̄
liberare de inimicis. Iud. 4.
Anna vxor Helchane ſapiē
ter ſe excuſauit corā Hely ſa
cerdote. i. Re. i. Abigail vxor
Nabal/ ꝑ ſapientiā ꝛ eloquē/
tiā ſuā liberauit virū ſuum a
morte. i. Reg. xxv. Olda vxor
Sellū ſapiēter ꝯfortauit io/
ziā ꝛ pplo mala ventura ꝑdi
xit. iiij. Re. xxij. Heſter vxor
Aſſueri regis cum ſapienti
cautela fecit petitionē ſuā re/
gi. Heſt. vij. Eliſabeth vxor
Zacharie: ſapiēter cognouit
aduentū matrꝭ filij dei. Luc.
i. Uxor Pilati ſapiēter locu/
ta eſt/ ꝛ prudēter egiſſet Pila
tus ſi ei credidiſſet. Matth.
xxvij. Sapiētia debet eſſe in
viduis ad inſtruēdum alias.
Nā aſtuta fuit noemi vidua

docēs Ruth nurū ſuā alieni
genā/ quomō nubere poſſet
Booz nobili ꝛ potēti. Ruth
iij. Mulier vidua Tecuites
ſapiēter induxit Dauid vt fi-
liū Abſalon reuocaret exulē.
ij. Reg. xiiij. Regina Saba
q̄ poſt mortem viri regnabat
venit videre ſapiētiā Salo-
monis ꝛ diſcere. iij. Regū. x.
Mirā prudētiā ꝛ ꝯſtantiam
oſtēdit Judith pplm docen-
do ꝛ Holofernē occidendo.
Judith. viij. Sapiētes mul
tū debēt eſſe virgines in orā-
do/loquēdo/ꝛ ꝯuerſādo. Nā
Sara virgo filia Raguelis
ſapiēter dn̄m orauit/vt eā de
obprobrio liberaret. Tho. iij
Tā tacēdo quā loquēdo ptꝫ
beatā Mariā fuiſſe virginē
prudētē. Nā parꝫ ꝛ cū paucis
locuta ē. Primo cū āgelo di-
ſcrete q̄rēdo / ꝛ diſcretiꝰ acq̄e
ſcēdo dicēs: Quō fiet iſtud:
qm̄ virū nō cognoſco: ꝛ iterū
Ecce ancilla dn̄i: fiet mihi
ſm̄ verbū tuū. Lu. i. Scd̄o
locuta eſt cū eliſabeth ipſam
ſalutādo. Et nota ꝙ poſt ma
gnas laudes Eliſabeth / ni-
hil ei reſpōdit: ſed deū lauda
uit di. Magnificat aīa mea
dn̄m. Lu. i. Tertio locuta eſt
cū filio dulciter īterrogādo
di. Fili q̄d feciſti nobis ſic:
pater tuꝰ ꝛ ego dolētes q̄re-
bamꝰ te. Lu. ij. Quarto locu
ta eſt cū eodē filio dulciter in
terpellādo ꝓ verecūdis ꝛ pau
perib nuptijs dicēs ex com-
paſſiōe: Fili vinū nō habent
Joā. ij. Quinto locuta eſt cū
miniſtris eos īſtruēdo ð obe-
diētia di. Quodcūq̄ dixerit
vobis facite. Joā. ij. Sapiē
tes ſūt aliq̄ peccatrices. Nā
Raab meretrix nūcios ioſue
prudēter abſcōdit. Joſue. ij.
Maria magdalena ſapiēter
ad pedes chri ſtetit/ qꝛ ibi pri
mo remiſſiōeꝫ pctōꝝ īuenit.
Scd̄o exhibuit chro debitā
ꝛ deuotā reuerētiam lauādo/
tergēdo/vngēdo pedes ſaluā
toris. Lu. vij. Tertio audi-
uit diuinā ſapiētiā: qꝛ ſtabat
ad pedes dn̄i/ꝛ audiebat ver
bū illiꝰ. Lu. x. Quarto obti-
nuit fr̄is ſui Lazari reſuſcita
tionem ꝛ vitam. Joā. xi.

¶De ſacra ſcriptura.
Cap. cxix.

Sacra ſcriptura continet.
Teſtamentum vetuſtatis cō
tentiuum figurarum.
Sacramētum nouitatis ex
preſſiuū doctrinarum.

Sacra ſcri-
ptura diuidit in vetꝰ
et nouū teſtamentū. Vetus

autē teſtamentuʒ diuidit in
quatuor partes ſcḋm q̄tuor
que ꝑtinēt ad vitā ſpiritualē/
in qua ꝑ ſcripturā reformet.
Jdeo q̄tuor ſunt partes ſcri/
pture veteris teſtamenti ſcʒ.
Lex preceptorum.
Hiſtoria exemplorū.
Sapientia monitionū.
Prophetia predicationū.
Uita nāqꝫ ſpiritualis.
Jn preceptis tribuitur.
Jn exemplis oſtenditur.
Jn monitionibꝫ promouet.
Jn predicatiōibꝫ perficitur.
Lex igit preceptorū ꝯtinet
quinqꝫ libros ſm q̄nqꝫ q̄ re/
quirunt in p̄ceptis. Primo
q̄nqꝫ p̄cepta tradunt. Jō pri
mo ponit liber vbi legē reci/
pientiū generatio ſcribit. ſcʒ
Geñ. Scḋo q̄ p̄cepta p̄cipi/
unt. iō ponit ſcḋs liber vbi p̄
cepta legis tradunt. ſ. Exoḋ.
Tertio q̄ ſunt obſeruātie pro
motores. iō ponit terti⁹ liber
vbi miniſtri eccl'ie ſtatuunt.
ſcʒ Leuiti. Quarto qui ſunt
idonei executores. Jō ponit
quart⁹ liber/vbi īfirmi a for/
tibꝫ diſtinguunt. ſcilʒ Num̄.
Quinto q̄ ſunt dubiorū de/
claratores. iō ponit quintus
liber/ vbi ꝑ moyſen declarāt
dubia. ſ. Deute. Scripture
ſacre veteris teſtamēti pars
ſcḋa ſcʒ hiſtoria exemplorūʒ
diuidit: qꝛ quedā ſunt exēpla
ꝑlatorū. Et q̄dā ſubditorūʒ.
Prelatorū exempla ſunt ſex.
Nā debēt p̄mo ſubditos ad
verū finē dirigere/ qḋ oñdit
ꝑ Joſue q̄ ppl'm direxit ī ter
rā ꝓmiſſionis. Joſ. ij. Scḋo
lites diſſoluere. Jō diuerſi iu
dices diuerſis tp̄ibꝫ ordināt
in libro Judi. Tertio ſubdi/
tos inſtruere. Jdeo Noemi
inſtruxit Ruth quo mō nube
ret qḋ totū oſtendit in libro
Ruth. Quarto ſubditos de/
fēdere. Jdeo a bellis tp̄alibꝫ
reges protegūt. qḋ oñdit in
libris regū: ⁊ a ſp̄ualibꝫ: ſcʒ q̄
legem volebāt diſſoluere: vt
Machabei. De quibꝫ dr̄ in
libris machabeorū. Quinto
deſtructa reedificare. Jdeo
neemias reedificabat muros
hierl'm: vt patet Neemie. Et
edras reedificabat tēplū qḋ
erat ab hoſtibꝫ ꝓphanatuʒ. i.
Eſdre. iij. Sexto debēt fina
liter deo adherere. Jō Job
adheſit deo in ꝓſperis ⁊ ad/
uerſis. Jn libro Job. Exem
pla vero ſubditorū oñdunt
in tribꝫ. Nā debēt ſubditi pri
mo ſeruare patiētiā in aduer
ſis. qḋ docemur ꝑ thobiā q̄
excecat⁹ ſuſtinuit paciēter ce
citatē. Tho. ij. Scḋo debēt

habere ↄſtantiā in aduerſis. Ideo iudith ponēs ſe in pi/culis ↄſtanter hoſtes deiecit. Judith.xiij: Tertio debent habere beniuolentiā in ꝓſpe ris. Ideo Heſter ſublimata pplo beniuola fuit. Heſter. Scripture ſacre tertia pars ſcȝ ſapiētia monitionū diui/dit. Quia quedā ē amonitio generalis q̄ mouent vniuerſi cuiuſcūq; ſtatus ⁊ cōditiōis exiſtāt. vt in libro Ecc̄i. Alia eſt āmonitio ſpecialis: et hec eſt aliq̄n p̄latoꝝ/ q̄ debēt ſer/uare iuſticiā. ⁊ hoc oñdit ſa/lomon dicens: Diligite iuſti ciā ⁊c̄. Et hoc ↄtinet in libro Sapiētie. Alia eſt ammoni/tio ſubditoꝝ/ ⁊ hec eſt triplex ſcd̄m triplicē differentiā ſub ditoꝝ. Nā prima eſt incipiē/tiū. Et hāc ponit Salomō dirigēs ſermōes ſuos ad par uulos. vt ī libro Prouerbioꝝ Sc̄da eſt ꝓficientiū: in qua oñdit vanitas tp̄aliū quā di/mittūt proficientes. Et hoc in libro Eccl'iaſtes. Tertia ē pfectoꝝ in qua pfectus in cō templationib⁹ erudit multis modis. Et hoc in lib. Canti. veteris inſtrumēti. Scriptu re ſacre pars q̄rta. ſcȝ ꝓphetia diuidit. Quia aut p̄dicuntur opera Chr̄i que eſt/ prima ꝓ phetia que p̄dicit eius incar/nationē dicens: Ecce virgo concipiet. Et hic eſt Eſaias Secūda ꝓphetia p̄dicit ei⁹ paſſionē dicens: Ecce quaſi agnus mā ſuetus/ qui portat ad victimas. Et hic eſt Hie/remias. Tertia ꝓphetia p̄di/cit eius aſcenſionem dicens: Aquila grādis alarū magna rum venit ⁊c̄. Et hic eſt Eze chiel. Quarta ꝓphetia predi cit ſpūſſcti miſſionē dicens: Emitte ſpiritū tuum ⁊ crea/bunt: ⁊c̄. Et hic eſt dauid in libro pſalmoꝝ. Quinta dicit finalis iudicij retributionem dicens: Aperti ſunt celi/ ⁊ iu dicati ſūt mortui. Hic eſt da niel. Aut predicunt opera fi/lioꝝ Chriſti. Ideo opa duo decim tribuū filiorum predi cantur in libro. xij. ꝓphetaꝝ. Scriptura ſacra noui teſta menti diuidit. quia in euan/gelijs continent opera Chri ſti ⁊ verba. Quia primus de ſcribit eius humanitatē di/cens. Liber generatiōis Je/ſu Chr̄i filij Dauid. ⁊c̄. Hic eſt Mattheus. Secūdus p̄ dicat eius predicationem di cens: Vox clamantis in de/ſerto parate viā dn̄i. Hic eſt Marc⁹. Tertius ſacrificij paſſionē dicēs. Fuit in dieb⁹

Herodis regis ⁊c̃. Hic eſt Lucas. Quartus ei⁹ diuinitatē dicēs: In principio erat verbū/ ⁊ verbū erat apd deū. Et hic eſt Joānes. Opa vero aploꝝ recitant̃ i libro quē fecit Lucas poſt chr̄i paſſionē. Et hic eſt actus aploꝝ. Uerba aploꝝ cōtinentur in eplis Pauli/ ⁊ in ſeptē eplis canonicis vbi fideles oīmode inſtruunt̃. Futura picula ⁊ ammonitiōes eoꝝ in ſeptē viſionib⁹ Joānis. Et hic eſt Apocalipſis. Et hec eſt ſufficiētia totius ſacre ſcripture ⁊ oīum ſuoꝝ libroꝝ. Nā cuꝫ Chr̄s tētaret̃ a diabolo trib⁹ verbis ſacre ſcripture ſe defendit. Matth.iiij.

¶De ſepultura.
Cap.cxx.

Sepultura tp̄e mortis eſt.
Eligenda voluntate loco venerabili.
Exercenda cum pietate ope laudabili.
Negligēda equitate viro indomabili.
Exhibenda charitate parentela laudabili.

Epulturā debet hō eligere in loco ſctō ⁊ honorabili: et diligenter ante mortē de ea cōgitare. Jdeo Abraā cū diligētia emit agrū vt vxorē ibi ſepeliret. Gene.xxiij. Noluit Jacob ſepeliri cū malis: ſꝫ dixit Joſeph filio ſuo: vt eū cū ſuis pr̄ib⁹ ſepeliret. Gen̄.xlix. Hoc ipm petijt inſtāte morte Joſeph a fratrib⁹ ſuis ⁊ filijs ſuis. Gen̄.l. Hoc moyſes etiā impleuit qn̄ exiēs de egypto tulit ſecū oſſa Joſeph. Exod.xiij. Apparet dn̄m de ſepultura curaſſe quando dixit Jude: Sine illā vt in diē ſepulture mee ſuet illō. Joā.xij. Sepelire mortuos opus pietatis ⁊ cōmendabile eſt ⁊ opus miſericordie. iō Dauid cōmendauit viros Jabes q̄ fecerūt miſericordiā cū ſaule et filijs ſepeliēdo eos. i. Reg.xxxi. ⁊ .ij. Reg.ij. Cōmendat̃ Thobias: qꝛ libēter ſepeliebat occiſos in bello. Tho.i. ⁊.ij. Erga ſepulturā mortuorū impij menelai: iudei multū liberales fuer̃t.ij. Mach.iiij. Poſt preliū contra Gorgiam pie venit Judas vt defunctoꝝ corpora ſepeliret.ij. Mach.xij. Poſt preliū contra Triphonē/ pie venit Simon/ vt defuncti Jonathe fr̄is ſui oſſa ſepeliret.i.mach.xiij. Joſeph ⁊ nicodem⁹ pie

ſepelierũt Jeſuz in monumẽto exciſo de Petra Matth. xxvij. Uiri timorati ſepelierũt Stephanũ/ꝛ fecerũt plãctũ magnũ ſup eũ. Act.viij. Jaſon q̃ multos inſepultos ꝓiecerat/ꝛ ipſe inſepultus ꝛ illamẽtat⁹ interijt. ij. Mach. v. Sepultura ĩdigni ſunt rebelles ꝛ inobedientes fidei. Jõ vir dei caruit ſepultura. iij. Reg.xiij. Jtẽ ꝑ pctõ priuat̃ q̃s ſepultura: vt Hieroboã ꝛ oĩs ſtirps ei⁹/excepto vno filio q̃ de ſpeciali gratia tradit⁹ eſt ſepulture.iij.Reg. xiiij. Sepulturã debent filij cũ ſollicitudine parẽtibꝫ exhibere. Nã inter monita q̃ thobias dedit filio/fuit hoc. Cũ accepat de⁹ aĩam meã/corp⁹ meũ ſepeli. Tho.iiij. Jõ ſpirituales filij.ſcʒ diſcipuli Joannis ſepelierũt corpus ei⁹. Marci.vi.

## De ſilentio ꝛ eius opatione. Cap.cxxi.

Silere debẽt ſpecialiter mulieres.

Obloquẽtes noxã fugiẽdo.

Jntima non oſtendentes ſecreta tenendo.

Et cõuitia tenentes his non reſpondendo.

Clericaliter viuentes ſacris aſſiſtendo.

Homineſq; ſapientes tempore tacendo.

Silentiũ tenere debent mulieres: qꝛ eaꝝ loq̃citas piculoſa eſt: iõ dedit dñs p̃ceptũ ade ꝛ nõ eue vt mulier min⁹ loquendi materiã haberet: ſʒ a viro diſcẽdi. his igit̃ p̃termiſſis eua garrulãdo ꝛ ſepiſſime ſerpẽti rñdendo/ ꝑ nimiã loq̃citatẽ/ ꝑadiſũ ꝑdidit. Geñ.ij. Uxor iob ſtulte locuta eſt / qñ Job fuit a deo ꝑcuſſus.iõ Job rep̃hendit eaʒ. Job.ij. Silere debẽt hoĩes ſecreta ſua ꝛ aliorum. nec ea reuelare maxime mulieribꝫ: qꝛ neſciũt ſecreta tacere. Nã qꝛ ſamſon reuelauit vxori ſecretũ/ipſa in eius dãnũ manifeſtauit. Judi.14. Jtẽ qꝛ ipſe ĩdicauit dalile ſecretũ fortitudinis ſue/ipa ꝑdẽte fortitudinẽ ꝛ vitã ꝓpter ei⁹ loq̃citatẽ amiſit. Jud.16. Silere dʒ q̃libet ad obprobria ꝯtentiões ꝛ lites/ nec dicẽdo/nec ad dicta rñdẽdo.nã qꝛ chã obpꝛobriũ patris fratribꝫ reuelauit /a patre maledictus fuit. Geñ.ix. Ob hãc cauſam ſilebat Saul et diſſimulabat ſe audire male lo-

quentes de eo vt nõ reſponderēt eis.i.Reg.x. Thobias auditis verbis iniurioſis ab vxore/nõ ei reſpõdit/ vt nõ litigaret.Tho.ij.Cum ancilla Zare dixiſſet ei obprobriū ipſa tacuit ⁊ ceſſit liti.Tho.iij.Mandauit Ezechias vt nõ reſpõderet aliquis rapſaci cõminãti/ ⁊ ſiluerũt omes. Eſa.xxxvi. Falſis criminib Suſannã nõ reſpondit: ſed flens in celū aſpexit: ⁊ ideo liberata fuit.Dañ.xiij.Maria peccatrix i domo Symonis tacuit. Ideo dñs ipſam cõmendauit Symoni loquenti.Lu.vij.Cõquerēti ſorori nihil reſpõdit Magdalena. iõ Chr̃s ei aduocatus fuit. Lu.x.Diſcipulis in eã fremētib ꝑpter effuſionē vnguēti etiã ſiluit: ⁊ Chr̃s eã defendit.Marci.xiiij.Mulier in adulterio dep̄benſa/accuſantib nõ rñdit. Iõ chr̃s eã abſoluit.Ioã.viij.Silentiū obſeruare debēt religioſi ⁊ clerici/⁊ viri ſpũales/ maxime et ꝑcipue i eccl'ia.Unde poſtq̃ locutus eſt dñs ad Moyſen impeditioris et tarditioris lingue fuit.Exod.iiij. Anna mater Samuelis in templo loquebat̄ i corde/ſed vox nõ audiebat̄.i.Reg.i.Iob ſctũs reprehēdit ſe de locutiõe dicēs: Inſipiēter locutus ſum vtinam tacuiſſem.Iob.vlti. Hieremias in vtero ſctificatus excuſabat ſe dicens: Neſcio loqui.Hiere.i.Locuturus Paulus in ſynagoga ſilentiū indixit/ q2 vbi non eſt auditus nõ debet effundi ſermo.Act.xiij.Silere debent ſapientes vſq ad tp̄s ɔgruū Nam cũ Abigayl placuiſſet Dauid/ nõ idicauit viro ſuo verbū/ſed ſiluit vſq ad mane cū digeſſiſſet vinū.i.Reg. xxv.Diu tacuit Heſter nõ loquens pp'lo ſuo/ne ſuſpicionē daret regi: ſed ſuo tēpore eſt locuta.Heſter.ij.iij. Beata virgo Maria audita ſalutatõe prius/tacuit: ⁊ cogitauit/poſtea modeſte reſpõdit. Lu.i.Et nota q Maria tm̄ quinq vicibus locuta fuiſſe legitur: vide ſupra in cap.de ſapientia mulierū.

¶De ſocietate bonorum. Cap.cxxij.

Societas bona habet
Ab iminentibus liberatos efficere.
Conuenientibus locupletatos reficere.
Sancte viuentibus aſſociatos perficere.

Societas bonorū liberat homines a piculis. Nā fuiſſent inuēti decē iuſti in quinqꝫ ciuitatibus ſodomoꝝ pepciſſet deus vniuerſis ⁊ euaſiſſēt Geñ. xviij. Hoīes de lachis occiſi fuerūt / qꝛ nō habebāt ſocietatē cum aliquo bono. Judi. xviij. Raphaelis ſocietas quam habuit Thobias ipm de multis periculis liberauit. Tho. v. Occaſiōe Danielis boni ⁊ prudētis pepercit nabuchodonoſor ariolis ⁊ ſapiētib⁹ babylonis. Dañ. ij. Propter ſocietatez Pauli oēs de naui in naufragio ſūt ſaluati. Actu. xxvij. Societas bona cauſa eſt abūdātie. Nā ditatus eſt laban ꝑpter ſocietatē Jacob. Gene. xxx. Bñdixit dñs domui egypti ꝑpter ioſeph ⁊ multiplicauit ſubſtantiā. Geñ. xxxix. Propter Joſaphat bonum impetrauit Heliſeus aquā exercitui aliorū malorū. iiij. Re. iij. In hui⁹ figura ſup diſcipłos ꝯgregatos ſptūſſctūs abūdāter deſcendit. Act. ij. Societas bonoꝝ bonos fac̄ hoīes. Nā Saul cū prophetis ꝑphetare cepit. i. Reg. xix. Jō hoīes deū timentes volebāt ſecū habere thobias. Tho. ij. Illi ſeptē frēs cum bona matre iuncti inuicē ſe hortabant ad bonū. ij. Mach. vij. Quādiu fuit Petrus cū diſcipulis bonus erat: ſed cum fuit iudeis aſſociatus chr̄m negauit. Mat. xxvi. Cecus illuminatus a chriſto a ſynagoga eiectus / fuit inter fideles a chriſto receptus. Joā. ix. Paulus poſt ſuā cōuerſionē tēptabat ſe iungere apłis: vt fieret melior. Act. ix.

¶ De malorū ſocietate. Cap. cxxiij.

Societas malorum eſt
Effectiua tentationum humanarum.
Diſtractiua conſolationum diuinarum.
Illatiua turbationum mundanarum.
Cauſatiua perturbationum illatarum.
Inductiua deteſtationum ⁊ culparum.
Deſtructiua federationum perfectarum.

Societas maloꝝ vitanda eſt / ne bō cuz eis malus efficiat. Ideo ſalubriter exiuit abraā de chaldea vbi erant hoīes

ydololatre. Gen̄.xij. Nō ſolū corꝑe: ſed mēte debet q̄s vita re malam ſocietatē. Jō dixit dn̄s abraā / cum iā exiſſet de chaldea ⁊ de cognatiōe ſua. Egredere de terra tua / et no ta ibidē ꝓmiſſiōes. Gen̄. xij. Noluit iacob ambulare cuꝫ fratre malo / licet eſſet placa/ tus / ⁊ ſigna dilectiōis on̄de/ ret. Gen̄.xxxiij. Hoſtes filio/ rū iſrl' voluerunt cū eis edifi care: ſed ipſi bono vſi ꝯſilio noluerūt.i. Eſdre.iij. Cū irēt oēs ad ſimulachra thobias fugiebat ſolus in hierl'm vi/ tās eorꝝ ꝯſortia. Tho.i. So cietas mala cā eſt ꝑdēdi ꝯſo/ lationes diuinas. Nā donec abraā fuit inter chaldeos nō legit̄ alios ꝯſolatiōes habuiſ ſe ſed illis relictis habuit plu res Gen̄. xij.xv.⁊.xvij. Fugi entē Jacob malū frēm dn̄s cū multipliciter cōfortauit. Gen̄.xxviij. Societas malo rū ducit hoies ad magna ꝑi/ cula. Nā ꝓpter ſocietatem ⁊ habitatiōeꝫ quā loth habuit cū illis de ſodomis debella/ tus ē / ⁊ capt⁹ fuit / ⁊ plura ſu/ ſtinuit. Gene.xiiij. Jō p̄cepit moyſes ppl'o recedere de ta/ bernacl'is īpiorꝝ / ne cū eis ꝑi/ rēt. Nū.xvi. Occaſiōe achā / qui tulit de anathemate fuit ppl's in ꝑlio ſuꝑatus. Joſue: vij. Propter quoſdā q̄ cōmi/ ſerūt facin⁹ / fuer̄t q̄ſi oēs filij Beniamin deſtructi. Ju.xx. Propt̄ q̄ſdā malos d̄ domo ſaul / facta ē fames ī terra do/ nec occiſi ſūt.ij. Reg.xxi. Jo ſaphat bonus fuit / fere occi/ ſus vadēs cū filio achab ad ꝑliū. iiij. Re.iij. Hō dei dixit ad Amaſum q̄ debellaret̄ ſi iret cū iſrl' / q̄ tūc erat malus. ij. Paral'.xxv. Qn̄ iudas ma/ chabe⁹ fuit ſociat⁹ romanis / tūc ⁊ nō pri⁹ debellat⁹ fuit.i. Mach.ix. Societas malo/ rū cā eſt multarū iniuriaruꝫ. Nā loth multas iniurias et iacturas ſuſtinuit a ſodomis cū q̄b habitabat. Gene.xix. Quidā mali ſic ꝯcitauerunt bonos vt Paulū facerēt ſine cā lapidari. Act.xiiij. Deme/ trius argētari⁹ i epheſo oēs hoies bonos ⁊ deuotos ma/ licioſe turbauit. Act.19. So cietas mala cā eſt pctōꝝ mul torꝝ: nā amicitia quā habuit Amon cū Jonadab dedit ei viā vt opprimeret thamar ſo rorē ſuā.ij. Regū.xiij. Multi prius neſciētes rebellionem poſtq̄ꝫ adheſerūt abſalon re/ gi ſuo rebellauerūt. ij. Re.xv ochoſias fec̄ malū corā dn̄o: q2 erat gener ⁊ ſocius dom⁹

Achab peſſimi.iij.Reg.xxij.
Amicitia duoꝝ maloꝝ ſenũ/
fuit cã falſi ĩpoſiti criminis
ſuſanne ⁊ mortꝭ eoꝝ. Dã.xiij
Petrꝰ qñ fuit cũ miniſtris iu
deoꝝ/chꝛĩm negauit/quã cuꝫ
diſcipulis eſt ꝯfeſſus. Matt.
xxvi. Helymas magꝰ q̃rebat
auertere ꝓcõſulẽ a fide: iõ ei
aſſociebaꝛ. Act.xiij. Socie/
tas maloꝝ facit eos concoꝛ
des ĩ malo vt noceãt bonis.
Nã balach ⁊ balaam cõcoꝛ/
dauerũt ſe ad maledicenduꝫ
pplꝰo dei. Nũ.xxij. Adoniſe/
dech ⁊ q̃tuoꝛ reges/ꝯcoꝛdes
fuerunt ꝯtra gabaonithas q̃
fecerũt pacẽ cũ Joſue. Joſ.x
Jabin rex Aſoꝛ cum pluribꝫ
alijs regibꝫ ꝯuenerũt contra
Joſue ⁊ filios iſrl' pugnaue/
rũt/q̃ oẽs ab eis ꝑcuſſi ⁊ nu/
meranꝛ triginta vnꝰ q̃ perie/
rũt ab ioſue. Joſ.xij. Madiã
⁊ abimelech ⁊ ceteri oriẽtales
ꝯtra pplm dñi ꝯuenerũt. Ju
di.ix. Jn paſſiõe dñi maledi
cti hoĩes.ſ. Herodes ⁊ Pila
tus facti ſũt amici. Lu.xxiij.

¶De ſpe ⁊ longanimitate.
Cap.cxxiiij.

Sperare debent homines
Peritoꝛum pꝛomiſſiones q̃ꝫ
uis differantur.
Aduerſoꝛum conſolationes
quando tribulantur.
Triumphoꝛum coꝛonatio/
nes quando pꝛeliantur.

ſ Perare de
bet hõ bonũ repꝛomiſ/
ſum: licet differaꝛ. Nã multꝭ
annis expectauit Abꝛaã filiũ
qꝛ cẽtenarius erat qñ natꝰ eſt
ei iſaac filiꝰ. Geñ.xxi. A pꝛo/
miſſiõe facta Abꝛae vſqꝫ ad
ingreſſum ſeminis ſui in ter/
rã ꝓmiſſionis/fluxerũt anni
ccccxl. Geñ.xv. Erat ſymeõ
in hierlm expectãs ꝯſolatõꝫ
iſrl.i.aduentũ Chꝛi. Luc.ij.
Aſcẽſurꝰ Xp̃s in celũ p̃cepit
aplis/ne diſcederẽt/ſed expe/
ctarẽt ꝓmiſſum pr̃is. Act.i.
Sperare debẽt hoĩes tribu
lati recipe ꝯſolatiõeꝫ. Nã ꝑ/
miſit deꝰ iſrl flagellari longo
tpe in egypto/⁊ ĩ deſerto an te
q̃ꝫ venirẽt ad terrã ꝓmiſſiõis
que erat patribꝫ repꝛomiſſa.
Exo.ꝑ totũ.⁊ Nũ.ꝑ totum.
Afflictus coꝛpe ſpoliatus re/
bus/oꝛbatꝰ filijs/ſic dicebat
Job: Si occiderit me deꝰ in
ipſo ſperabo. Job.xiij. Parẽ
tibꝫ Thobie irridẽtibꝫ eũ et
dicẽtibꝫ: Ubi eſt ſpes tua/rñ
dit/filij ſctõꝝ ſumꝰ ⁊ vitã illã
expectamꝰ quã daturus eſt

dñs his q̄ fidē nō mutauerīt. Tho.ij. Cum ſuſanna eſſet morti condēnata erat cor ei⁹ in dño fiduciā habēs. Dañ. xiij. Unus illorū ſeptē fratꝝ cruciatus a tyranno ait: De celo mēbra iſta poſſideo: ſed ꝑpter leges dei hec ipa deſpicio: qꝛ ab ipſo me ea receptu/rū ſpero.ij.Mach.vij. Sperare debet hō victoriā cū eſt in bello: nam filij iſrael: ꝯtra tribum Beniamin preliātes bellati ſunt: ſed tandē ſperantes in dño / victoriā habuerunt. Judi.xx. Dixit Dauid Philiſteo: Tu venis ad me cū gladio ꝛ haſta: ego autem venio ad te in noie dñi: ſperabat enim firmiter per deū victoriā obtinere ꝛ ſic factū eſt. i.Reg.xvij.

¶ De ſtragibus hominū diuerſis. Cap.cxxv.

Strages facte ſunt multe.
De delinquentibus pro maleficijs vt puniantur.
De nō credentibus veris iudicijs vt confundantur.
De innocentibus dei iudicijs que ignorantur.

